This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600086446Y

1320. f. 26

+ libris Iohannis Wickham Legg.

Feb. 1922

tempore paschali MDCCCXC.

BERNARDINI FERRARII

Mediolanensis Theologi

DE

RITU

Sacrarum Ecclesiæ Veteris

CONCIONUM

Cum Præfatione

JOANNIS GEORGII GRAEVII.

VERONÆ MDCCXXXI.

APUD JACOBUM VALLARSIUM

SUPERIORUM PERMISSU.

ILLUSTRISSIMO

JOSEPHO BLANCHINO

Eccleſiæ Veronenſis Canonico

JACOBUS VALLARSIUS TYPOGRAPHUS

S. S. O. C.

Quæ in Artium juvandarum cura quæve in deligendis præſtantibus viris penes librorum Auctores voluptas reſidet, dum in illos grati animi officium, elucubratas eis res inſcribendo,

conferre poſſunt; ea, Canonicè Illuſtriſſime, ſin minus omni, aliqua ſaltem ex parte vel librariis ipſis ſolet quandoque contingere, ubi eorum Opera recudentes, illa ſapientibus hominibus devoveant, atque commendent. Si mihi tamen quicquam id genus pro votis evenit unquam, ſi in aliqua potiſſimum ſum re delectatus, profecto eſt liber iſte; non equidem magni voluminis, ſed lectiſſima eruditione undequaque refertus per celebratiſſimum FERRARIUM e Patrum nitidiſſimis hauſta fontibus, in quo veteres concionandi ritus ſumma induſtria ac labore in unum redacti collectique magna cum utilitate luculentiſſime conſpiciuntur: in hoc ſiquidem Eruditi invenient quod maxime arrideat, mihique peculiariter gaudendum eſt, quod ſub auſpiciis prodeat tuis; et ex eo animus meus adverſus te ita omnibus perſpectus ſit, ut multis efferar laudibus, qui in te unum oculos nunc intendens, Sacro et Erudito Viro, Sacrum Eruditumque Opus devoverim. Si nihil unquam præclare a te geſtum eſſet, ſi nullius eximii operis te ratio commendaret, quum id ſolummodo innoteſceret te Illuſtriſſimi Franciſci Nepotem optimæ cuiuſque artis ſolertiſſimi cultoris,

ris, amplificatoriſque ſapientiſſimi, quem boni omnes e vivis ereptum etiam nunc lugent; ſuam enim mortem potiorum ſtudiorum gravis jactura ſubſequuta eſt, certe hoc nemini præter te deberi, plenis buccis profiterentur. Quid vero ſi Patrui tui Pietatis æque ac Doctrinæ heredem ſcirent, ſi eandem penitus vivendi ſtudendique rationem eſſe cognoſcerent, quid, bone Deus, honoris tibi deeſſet, officii, gratiæ, et benevolentiæ ſuaviſſimæ? Sed non eſt cur ita divager, qui rem bene factis tuis complecti poſſum, quorum gratia te norunt, colunt atque obſervant viri præſtantiſſimi, et eximiis dignitatibus præfulgentes; atque nominis tui fama non hos inter breves Veronenſes fines coercetur, ſed ex eo die uſque perſtrepit, quo Romam a Patruo accerſitus, illo in præclaro contubernio, ea in florentiſſima Urbe docti moratique viri ſtatim ſpecimen præbuiſti. Quid ſub tanto Moderatore profeceris, quo uſque fueris eo Doctore evectus, idem eſſet ſi promere vellem, ac multum debiti honoris eripere, teque juſtiſſimis laudibus fraudare. Quicumque tamen apertius rem ſcire expetit, Hilarium nuper a nobis recuſum legat, et in permulta loca incidet ſum-

mo tum ſtudio atque improbo labore e vetuſtiſſimis Ampliſſimi Capituli tui Codicibus per te excerpta, in quibus quanti valeas fierique debeas abunde cognoſcet. Quid vero ſi eam Appendicem perlegat tres Gelaſii I Romani Pontificis Epiſtolas complectentem, quam notis lucupletiſſimis ac Præfatione ſuffultam Tomo IV Venetæ Sirmondi Editionis publici juris feciſti? Quid, ſi ejuſdem Editionis Tomo I Facundi Hermianenſis Epiſcopi Opera percurrat 645 locis illuſtrata, ſuppleta atque emendata ope præſtantiſſimi alterius Codicis, quem tu omnium primus quanto in honore habendus eſſet ita declaraſti, ut Typographus merito dixerit: In novam vitam reſurgit, lector humaniſſime, Facundus Hermianenſis Provinciæ Africanæ Epiſcopus. Damus videlicet luci publicæ in hac Veneta Sirmondi Voluminum editione Opera ejus tot mendis purgata, ut fere novum opus videri poſſit. Diligentiſſima a JOSEPHO BLANCHINIO Franciſci Blanchinii virtutibus, eruditione, dignitate præſtantiſſimi viri, nepote digniſſimo, facta collatio eſt cum Mſ. codice, qui adſervatur in Bibliotheca Ampliſſimi Capituli Veronenſis,

cui

et ipſe cooptatus eſt: *atque ſubinde Ber-*
dus Maria de Rubeis vir eruditiſſimus
linis Prædicatorum e Congregatione B. Ja-
Salomonii in diſſertatione, De una Senten-
damnationis in Acacium Epiſcopum Con-
tinopolitanum poſt quinquennium ſilentii
in Synodo Romana Felicis Papæ III.
. 93 *protulerit* JOSEPHO BLANCHI-
) multum debere Venetam Sirmondi
erum editionem? *Mitto Gelaſianas literas*
emendatas quas cum eximio Codice con-
ſti, et Tomum V nuperæ Conciliorum edi-
is doctiſſimorum hominum teſtimonio illu-
ſti; quemadmodum etiam non in Patriam
tum Philarmonicorum Academiam ultro
ibitis ſuffragiis fuiſſe cooptatum, ſed in Ur-
atem etiam Ludovico Muratorio tanti no-
is viro rem curante, ut tui fama quantum
in ſe ubique innoteſceret; majora ſiqui-
a te manent, ubi conſtituas tandem cuden-
e tradere perfectum jam opus Italæ illius
ſionis, qua vetuſtiores Eccleſiæ Patres uſi
t, quamque per tot ſæcula ab innumeris
mmis fuiſſe ſervatam ad præſtantiſſimum
bitularis Bibliothecæ mſ. referre debemus,
idem tamen ob longiſſimam ætatem cara-

Veribus pene conſumtis, nulli antea vel cognitum vel exploratum; quam non collegiſti tantum, ſed doctis ubique lectiſque animadverſionibus ita confirmaſti, ut nemo vetuſtatem, nemo illius integritatem poſſit in dubium revocare: Tunc profecto non Verona, Roma, non Italia ſolum, ſed Mundus totus oculos in te convertet, habebitque quo multum lætetur, ubi Blanchinæ Gentis nomen decuſque in longius adhuc ævum produci cognoſcat: Fortaſſe ducentur parvi, comparate ad altiora hæc, et humaniorum literarum a te exculti politiores modi, et ſanioris Philoſophiæ ſtudium; quippe inluſtrem gloriam aliunde ſatis vindicabis. Sed epiſtolam nimium productam non ſine tuis votis claudamus tandem, et quæ reliqua dicenda eſſent in hoc colligamus, ut Valetudinem tuam tanti faciendam, quamve nimio et nunquam intermiſſo ſtudio aliquod in diſcrimen adduxiſti, ſervare ſtudeas, ut bonarum artium incrementum exigit, et tui obſequentiſſimus exoptat,

Vallarſius.

JOANNES GEORGIVS GRAEVIUS

S. D.

LECTORI.

IN explicandis antiquis Eccleſiae Chriſtianae ritibus, & illa vetere diſciplina, quae vigebat olim, ſed quae longi temporis tractu obſolevit, multi hoc & ſuperiore ſaeculo Viri Docti elaborarunt ſummo ſtudio, magnoque cum eorum fructu, qui aut priſcos illos Chriſtianae doctrinae antiſtites evolvunt, aut ſtudio tenentur cognoſcendi, non ſolum quid illi ſenſerint de praecipuis divinae ſapientiae capitibus, ſed & quo caſtu publice domique ſacris fuerint operati. Iis, qui haec contemnunt, & ſuorum magiſtrorum ſcita, ſuaeque tan-

tantum aetatis admirantur ſcripta, vere dici poteſt, quod Soloni Aegyptius Propheta inſuſurravit, Graecos, qui ſuae ſolius gentis res, nec eas antiquiſſimas, noſſent, ſemper eſſe pueros. Ignorantiae patronos, & qui omni eruditioni liberaliori bellum indixerunt, nihil moramur, ſed iis precamur bonam mentem. Neſciunt miſeri, cum politiori doctrinae iraſcuntur, ſe ſibi maxime iraſci. Nam licet ſatis ipſi prodant, in quanta verſentur inſcientia pulcherrimarum rerum, ſine quibus nec ſacra, nec τὰ τῶν ἔξω monumenta, nobis per manus quaſi tradita, queant intelligi, potuiſſet tamen illa tegi, ne omnium oculis pateret, niſi odium ingenuarum artium, quod prae ſe palam ferunt, foedam iſtam ignorantiam cunctis conſpiciendam proponeret. Nam ſola ignorantia hoc odium parit. Nulli ſunt hoſtes eruditionis, niſi ineruditi, qui fumos ſuos, licet videantur ἀεροβατεῖν, non niſi ſuae ſortis hominibus poſſunt venditare. Neminem unquam vidi, qui deplorarit tempus, quod in excolendis literarum ſtudiis poſuit, multos, qui graviter conquerantur, ſe illis animum non expoliiſſe, aut de-

deſidia, aut culpa magiſtrorum, qui aut veram ad ſolidam doctrinam perveniendi viam iis non oſtenderint, cum ipſi eam ignorarent, aut ab ea illos abduxerint, amore ſui ablati, ne colant & ſuſpiciant alia, quam ſe, ac quibus ipſi ſunt dediti. Qui ſevérioribus diſciplinis ſe manciparunt, cognorunt & ipſi, abſque humanitatis ſtudiis nihil poſſe memoriae prodi, quod ferat aetatem, ſed omnia brevi ad inſtar ſolſtitialium herbarum exareſcere. Equidem Franciſcus Bernardinus Ferrarius Theologiae Doctor in Ambroſiano, quod Mediolani eſt, Collegio, tam exquiſita Bibliotheca inſtructo, & tot Viris doctis claro, exiſtimavit infulas ſuas non ſatis nitere, niſi iſtis, ut ita dicam, vittis, ex interiorum literarum penetrali depromtis, illuſtrarentur. Fidem tibi faciet, Lector, hic liber ejus de ſacrarum veteris Eccleſiae concionum ritu pereruditus, ne de aliis nunc loquar, quibus tam praeclare tum de Romana, cum de Antiquitate Eccleſiaſtica eſt meritus. Non ſine magna utilitate, nec ſine minore voluptate illum leges. Miraberis tam multa in ſacris conventibus olim obſervata fuiſ-

ſe,

ſe, quae a noſtrae memoriae conſuetudine ac moribus abhorrent, & diuturnitate quaſi extabuerunt. Recte ne an ſecus, meae non eſt diſquiſitionis. His libellis labeculae quaedam ſunt adſperſae. Ut nemo ſine vitiis naſcitur, ſic nemo ſine ulla hallucinatione ſcribit. In libro 1. cap. 3. non intellexit rationem, cur B. Auguſtinus aliique conciones, cum ad populum verba facerent in Eccleſia Paſtores, dictae fuerint diſputationes. Sibi perſuaſit, aut hanc eſſe cauſam, quam prodidit Hugo Cardinalis, cum obſervaſſet in Actis Apoſtolicis, ſaepius orationes Apoſtolorum, quas habebant, appellari diſputationes, quod in primis Eccleſiae incunabulis doctrinae ſuae rationem in iis reddiderint; aut quod in haereticorum pravis opinionibus explodendis deſudarit plerumque veterum concionatorum induſtria. Verum apud Romanos olim diſputatio proprie non dicitur contentio, qua diſſidentium a noſtra ſententia rationes refelluntur, ſed diſſertatio, ſive illa verſetur in laude virtutis alicujus, aut hominis, aut alterius rei, ſive in reprehenſione vitii, ſive in dilucidatione & expoſitione

alicujus argumenti, de quo quis verba faceret. Cic. II. Academ. Quaeſt. 2: *Reliqui, qui etiamſi non improbant*) literas Graecas, aut Philoſophiam) *tamen earum rerum diſputationem principibus civitatis non ita decoram putant*, hoc eſt aut diſſerendo, aut ſcribendo ea explicare non decere principem civitatis Romae. Sveton. Tib. 33: *Grammaticus diſputare ſabbathis Rhodi ſolitus*, hoc eſt, ſcholam habere, ut alibi Cicero loquitur, ſive de argumento perſonae, quam ſuſtinebat conveniente, ſermonem habere, ut diſputatio nihil aliud ſit, quam diſſertatio, ſermo, oratio, διατριβή, ὁμιλία, περίπατος, ut veteres Graeci loquebantur. Ideo & conciones dictae ſunt diſputationes. Cap. VII. lib. I. de ratione convocandi Chriſtianos ad celebrandos conventus, cum vexarentur dirum in modum a paganis, ex Ignatii loco contendit Ferrarius, hoc officio convocandi populum functos eſſe vel ipſos Epiſcopos, vel Diaconos, qui ſingulis tempus conventus indicarint. Verba Ignatii in Epiſtola ad Polycarpum haec ſunt: πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν, ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. *Saepe congregationes fiant. Ex nomine omnes quaere.* Eadem fere.

ver-

verba leguntur in ſuppoſititia Ignatii Epiſtola ad Hermonem diaconum. Τῶν συνάξεων μὴ ἀμέλει, ἐξ ὀνόματος πάντας ἐπιζήτει. *Congregationes ne negligas, ex nomine omnes require.* Iſta loca Ignatii, licet illa ad Hermonem epiſtola genuinis adnumeretur, nequaquam loquuntur de convocando coetu Chriſtianorum per Epiſcopos, aut diaconos. Qui enim mancipia in Gentilium aedibus tam facile poterant conveniri? Sed agunt illa de cognitione illorum, qui Chriſto nomen dederunt. Vult Ignatius Epiſcopum ſingulorum ſui gregis noſſe nomina, & inquirere quoque, num praeſto ſint omnes cum ſacra facerent in aliqua domo. Ne ſervos quidem ait eſſe praetereundos, ſed inquirendum in illorum nomina & vitae rationem, num & ipſi adſint, cum populus coit Sacrorum cauſſa. Ex his ſane Ignatii Φριχοπαῖς nihil eorum confici poteſt, quae ex illis colligit doctiſſimus Ferrarius. Chriſto tamen devotos fuiſſe coactos per diaconos, aut alios Eccleſiae miniſtros, patet ex Tertulliani libro II. ad uxorem cap. 4. *Quis nocturnis convocationibus, ſi ita oportuerit, a latere ſuo eximi libenter feret? Quis denique ſollemnibus Paſchae abnoctantem*

ſecu-

ſecurus ſuſtinebit? Vides hic nocturnas convocationes, quia noctu temporibus illis iniquiſſimis conveniebant primi Chriſtiani, ut nemo ignorat. Amalarius de Officiis Eccleſiaſticis cap. 21. exiſtimat ligni pulſi ſigno Chriſtianis tum fuiſſe tempus conveniendi ſignificatum. Quod qui auſi fuerint illa tempeſtate diriſſima, cum infeſtarentur undique, ut ne noctu, ſi detegerentur, illis impune liceret una eſſe, non video. Ne dicam poſt Conſtantini Magni tempora demum, coepiſſi ligna pulſari ad Chriſtianos coetus cogendos, ut docuit Lacerda in Adverſariis Sacris cap. 133. Hoc lignum, quo poſtea ſunt uſi, praecipue in monaſteriis, & etiam nunc utuntur in Aſia, ut vidit Petrus Vallenſis, idque tradidit Itinerarii ſui tomo primo, & Thevenothus in Itinerarii tomo ſecundo, dicebatur σήμαντρον, ut malleus, quo percutiebatur, σημαντὴρ. De quo vide Gretſerum in Variarum rerum lib. 1. cap. 10. Recte lib. 1. cap. 25. docuit Ferrarius Chriſti diem natalem dictum eſſe priſcis Chriſtianis τὴν ἐπιφανείαν, feſtivitatem vero in illius memoriam inſtituram τὰ ἐπιφάνεια. Sed veram rationem, cur haec ſollemni-

600086446Y

1320. f. 26



Libris Iohannis Wickham Legg.

Ex. 1922

tempore paschali MDCCCXC.

BERNARDINI FERRARII

Mediolanensis Theologi

DE

RITU

Sacrarum Ecclesiæ Veteris

CONCIONUM

Cum Præfatione

JOANNIS GEORGII GRAEVII.

VERONÆ MDCCXXXI.

APUD JACOBUM VALLARSIUM

SUPERIORUM PERMISSU.

ILLUSTRISSIMO

JOSEPHO BLANCHINO

Eccleſiæ Veronenſis Canonico

JACOBUS VALLARSIUS TYPOGRAPHUS

S. S. O. C.

QUæ in Artium juvandarum cura quæve in deligendis præſtantibus viris penes librorum Auctores voluptas reſidet, dum in illos grati animi officium, elucubratas eis res inſcribendo,

Vincentius Lirinenſis, qui citato Commonitorio primo cap. 27. ita ſcribit: *O Timothee, o Sacerdos, o Tractator, o* Doctor, *ſi te divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina,* &c. *intelligatur, te exponere, illuſtrius, quod ante obſcurius credebatur,* &c. Et cap. 40. (quem locum, aliam in rem, ſupra jam adduximus) *Beatorum Patrum Sanctum Catholicumque conſenſum ne quis ſibi temere contemnendum forte arbitretur. Ait in Prima ad Corinthios Apoſtolus, Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, quorum ipſe unus erat: ſecundo Prophetas, qualem in Actibus Apoſtolorum legimus Agabum; tertio* Doctores, *qui Tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdum nuncupat, eo quod per eos Prophetarum myſteria populis aperiantur.* Petrus quoque Chryſologus, Vincentii æqualis, hunc ejuſdem vocis uſum aperte confirmat, cum in Sermone 52. ait: Doctoris *officium eſt, lecta diſſerere; & myſticis obſcurata ſenſibus lucido adſtruere, & demonſtrare ſermone.* Magnus item Gregorius in hunc ſenſum lib. 17. Moralium cap. 14. *Ut vero Auditores rudes non inundatione ſcientiæ, ſed moderata prædicationis diſtillatione foveantur; ligat Deus aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorſum; quia* Doctorum *prædicationem temperat, ut Auditorum infirmitas,* Doctorum *rore nutrita, convaleſcat.* Et paulo poſt: *Aqua itaque ligatur in nubibus, quia Prædicatorum ſcientia infirmorum*

um mentibus loquens, quantum ſentire valet; re prohibetur; nam plerumque ſi Auditorum Verbi immenſitate corrumpitur, lingua Docen- *indiſcretionis pœna mulctatur.* Et lib. 18. 8. *Eſſe ars* Docentium *debet, ut in Audi- ſuorum mentibus prius ſtudeant perverſa de- re, & poſtmodum recta prædicare, ne bonum æ prædicationis ſemen plena malis corda non ant.* Eligius denique, Noviomenſis Epiſco- , ait in Homilia 16. *Quoniam nomen Chri- um a Chriſto Dei Filio vocabulum ſumpſit, & ſanctos Prædicatores creſcendo uſque in ultimos terræ pervenit, idcirco tam* Doctoribus, *quam ditoribus ſcire neceſſe eſt*, &c.

ixiſtimarim itaque, ob id potiſſimum fuiſſe quando Concionem διδασκαλίας ſeu *Doctrinæ* abulo nuncupatas, ipſumque Concionatorem ellatum *Doctorem* ſeu *Docentem*, quod doctri- maxime excellere debet, quicumque con- iandi munere fungitur, & Auditorum mo- , tamquam Diſcipulorum, Magiſter ipſe ac ſtor Concionibus ſuis formare ac corrigere.

52. ad Secundinum Epiſcopum ſcribit: *Hæc, ut Deo largiente potuimus coram vobis, Fratres cariſſimi, rimati ſumus, nemo autem me reprehendat, ſi poſt hanc* Locutionem *ceſſavero; quia, ſicut omnes cernitis, noſtræ tribulationes excreverunt.* Et Homilia 5. in Ezechielem: *In ea* Locutione; *quæ ad vos, Fratres cariſſimi, nudius tertius facta eſt, qualiter oſtenſa animalia vel Redemptorem noſtrum, vel quatuor ejus Evangeliſtas, atque perfectos omnes ſignificarent, dictum eſt.* Et in Homilia 9. *Caritati itaque veſtræ colloquimur, eidem omnipotenti Deo gratias referentes, quia poſt tot opaca ſilvarum tandem læti ad campos exivimus, in quibus liberis greſſibus* Locutionis *noſtræ intrepidum pedem ponamus.* Et in Homilia 14. *In priori* Locutionum *noſtrarum parte jam diximus, cur Propheta, quoties ad videnda ſpiritualia ducitur, Filius hominis appelletur*, &c. In Homilia demum 22. *Meminit* (inquit) *caritas veſtra, qua ſuperiori* Locutione *per portam Orientis fidem: per Aquilonis ſpem; per Auſtri autem caritatem diximus deſignari.* Burchardus quoque & Ivo verbum hoc eodem ſenſu uſurparunt: alter enim in 2. Decretorum libro cap. 65. ex Laodicenæ Synodi cap. 19. hæc habet: *Quod oporteat ſeorſum primum poſt* Allocutiones *Epiſcoporum, vel Presbyterorum, orationem ſuper Catechumenos celebrari.* Alter vero in 6. Decreti Parte cap. 165. a Burchardo eadem iſta ſumit ac deſcribit: *Quod oporteat ſeorſum poſt* Allocutionem *Epiſcoporum, vel Preſbyterorum, orationes ſuper Catechumenos celebrari.*

CA-

CAPUT VII.

Quo Signo convocarentur olim Fideles ad Concionem. Card. Baronii hac de re ſententia perpenditur. B. Ignatii loci qui ſit ſenſus, aperitur commodius, quam quomodo Baronius docuit. Vocis Curſor *interpretatio a recente Scriptore allata refellitur. Reprehenditur idem Scriptor, verbi* Præco *ſignificationem in Hieronymi Epiſtola 22. minime aſſecutus. Urgente perſecutione Fideles olim ab Epiſcopo, vel a Diacono, de loco & tempore conventus Fidelium privatim admoniti. Reddita Eccleſiæ pace Fideles publico Campanarum ſono ad Eccleſiaſticos vocabantur conventus. De Campanis multa ſummatim. Dictum etiam obiter de Tubæ ſono, de excitatorio Malleo, de Ligni pulſibus, de voce Alleluia, ad priſcos Monachos excitandos & ad Collectam ſeu conventum evocandos.*

EXpoſitis Concionum nominibus rem ipſam propius aggrediamur; ab eo Signo exorſi,

quo

quo ſolebant olim Fideles ad Concionem evocari.

Plane quamdiu Eccleſia Dei ab Ethnicis Regibus, quaſi hoſtibus, fuit undique obſeſſa & oppugnata vehementer, tamdiu haud liberum fuit patenti atque aperto ſigno Fideles ad publicos cogere conventus. Caius certe Plinius in ea Epiſtola, quam ad Trajanum Imperatorem de Chriſtianorum cœtibus dedit, cum omnia, quæ facerent Fideles, exequatur diligentiſſime, hujuſmodi quoque Signi, ſi quod vulgatum fuiſſet ac notum, mentionem procul dubio feciſſet. Neque vero eodem ſemper loci, aut interdiu duntaxat, colligebantur Chriſtiani, ſed & noctu ſæpe conveniebant, (unde illud in eos *latebroſa & lucifuga natio*) & conveniendi locum frequenter mutabant, novum etiam interdum, eumque abditum ac latentem ſtaruentes, quem ipſo deinde conventu ſacrum redderent ac religioſum.

Diligentiſſimus ille antiquitatis Eccleſiaſticæ vindex, cujus ego memoriam, ut debeo, ſancte & religioſe colo, tomo 1. Annalium ad annum Chriſti 58. exiſtimavit deligi tunc temporis in Eccleſia conſueviſſe, non ſine Epiſcopi auctoritate, certos ac determinatos Viros, quorum proprium munus ac officium eſſet, perquirere diligenter unumquemque Fidelem, eumque privatim admonere de loco & tempore conveniendi: additque, eos ob id muneris *Curſores* fuiſſe

ſuiſſe appellatos. Traxerunt autem illum in hanc ſententiam ea beatiſſimi Martyris Ignatii Antiocheni verba, quæ in Epiſtola ad Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum ita leguntur: *Decet, Polycarpe Deo beatiſſime, concilium congregare Deo decentiſſimum, & ordinare aliquem, quem dilectum valde habetis & impigrum, qui poterit Dei* Curſor *vocari; & hunc dignificari, ut vadens in Syriam glorificet veſtram impigram caritatem in gloriam Dei.* Sed eó loco (bona tanti Viri pace ac venia dixerim) vereor, ne non longe alia Ignatii mens fuerit, qui, de Eccleſiaſticis hujuſmodi Miniſtris nihil cogitans, hoc unum ſignificare voluit: Decere maxime, ut cogeret Polycarpus cunctos Smyrnenſes Eccleſiaſticos Viros, ex iiſque unum aliquem deligeret impigrum & diligentem, quem mitteret Legatum in Syriam ad Antiochenos; ut & congratularetur iis, quod per Smyrnenſium preces & vota tranquillam tandem & tutam nacti eſſent pacem, & ad Dei gloriam extolleret ad cælum laudibus impigram eorumdem Smyrnenſium caritatem. Atque hanc eſſe veram hujus loci ſententiam, non difficile eſt videre, dum quidem ipſa ſubjiciantur Ignatii verba, quæ male accepta erroris anſam dederе: ea ſic paulo ante habent: *Quia Eccleſia, quæ in Antiochia Syriæ pacem habet, ut oſtenſum eſt mihi, per orationem veſtram.* Quibus ſtatim attexuit: *Decet, Polycarpe Deo beatiſſime, concilium congregare Deo decentiſſimum, & ordinare aliquem,*

quem

quem dilectum valde habetis & impigrum; qui poterit Dei Cursor vocari; & hunc significari, ut vadens in Syriam glorificet vestram impigram caritatem in gloriam Dei. Et non multo post: *Quia igitur omnibus Ecclesiis non potui scribere, propter repente navigare, me a Troade in Neapolim, ut voluntas præcipit: scribes aliis Ecclesiis, ut Dei sententiam possidens, idem & ipsos facere; hi quidem potentes pedites mittere, hi autem Epistolas per a te missas, ut glorificeris æterno opere.* Mox autem: *Saluto futurum significari ad eundum in Syriam.* Sed mentem ipse suam aperit Ignatius, omnemque omnino dubitationem tollit, dum ad ipsos Smyrnenses hac eadem de re scribens ita ait: *Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam, quæ est in Antiochia Syriæ; unde ligatus Deo decentissimis vinculis, omnes saluto non existens dignus inde esse, extremus ipsorum existens: secundum voluntatem autem Dei dignus factus sum, non ex conscientia, sed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione vestra Deo potiar. Ut igitur perfectum vestri fiat opus in terra & in cælo, decet ad honorem Dei, ordinare Ecclesiam vestram Deo venerabilem, (alias Sacrum Legatum) in factum usque Syriam congaudere ipsis, quoniam pacem habent, & acceperunt propriam magnitudinem, & restitutum est ipsis proprium corpusculum. Visum est mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem vestrum cum Epistola; ut glorificent eam, quæ secundum Deum, ipsis factam tranquillitatem.* Hactenus Ignatius

natius, qui dum Sacrum Legatum appellat eum, qui deligendus erat, ut in Syriam mitteretur ad Antiochenos, præterquam quod exprimit hujus viri munus, declarat etiam manifeſte, quid per Divinum *Conſortem*, ſcribens ad Polycarpum, intelſexerit. Ex quo fit, ut Baronii opinionem de vocis, *Curſor*, ſignificatione probare nullo modo queam.

Non me fugit tamen, novitium Scriptorem reperiri, qui nullo teſte fretus antiquiore, ſed Baronium tantum, ut videtur, ſequutus, affirmet. Ad Eccleſiaſticos hujuſmodi conventus inducendos habuiſſe olim naſcentem Eccleſiam cervos quoſdam homines, qui, quod longos brevi tempore curſus conficerent, *Curſores* appellarentur: quod quam intelligenter ac perite faciat, ex paulo ante narratis perſpicue apparet. Neque vero eſt ullo modo hic idem audiendus, cum, quos (omnino ex Baronii mente, licet is de induſtria id ipſum reticuerit) *Curſores* nuncupari dixerat, eoſdem ex propria opinione configit vocari *Præcones* a Beato Hieronymo in Epiſtola 22. ad Euſtochium. Adſcribam Epiſtolæ verba, quo per ſe poſſit quivis, vel litteris tinctus, ſi modo ea ſemel inſpexerit, de Hieronymi ſenſu, contra quam is crediderit, judicare: ea vero ſunt hujuſmodi: *Nudus ante fores earum Chriſtus moritur; & cum manum egenti porrexerint, buccinant; cum ad Agapem vocaverint, præco conducitur.* Nimirum loquitur Hieronymus de opulentis

ſarum miniſtris occultarent, abdita & latentia ad conveniendum loca perquirebant, voluiſſe ingenti & pæne publico lignorum ſtrepitu ſeſe manifeſtare. Addo, neque ſolitum olim in Eccleſia, quemadmodum nunc fit, tribus illis Majoris Hebdomadæ diebus ad convocandos Fideles ligna pulſari. I

Hæc eadem de re quid ſcriptum reliquerit Vualafridus Strabo, rerum Eccleſiaſticarum Scriptor, ut minime recens, ita valde bonus, malo te ex illius, quam ex meis verbis cognoſcere. Sic enim in libro de Rebus Eccleſiaſticis cap. 5. legimus: *De vaſis vero fuſilibus, vel etiam productilibus, quæ ſimpliciter Signa vocantur, quia eorum ſonoritate quibuſdam pulſibus excitata ſignificantur horæ, quibus in domo Dei ſtatuta celebrantur officia; de his, inquam, hic dicendum videtur, quod eorum uſus non adeo apud Antiquos habitus proditur, quia nec tam multiplex apud eos conventus aſſiduitas, ut modo eſt, habebatur: apud alios enim devoti, ſola cogebat ad ſtatutas horas concurrere; alii prænunciationibus publicis invitabantur, & in una celebritate proxime futuram diſcebant.* Apparet ergo ex Vualafridi narratione, triplicem olim fuiſſe conſuetam Fidelium ad Eccleſiam conveniendi rationem. Primam, cum populus per ſe ſolo pietatis ac religionis ſtudio conveniebat; alteram, cum publicis invitabatur prænunciationibus; poſtremam, cum in uno conventu alterius proxime futuri locum ac tempus diſcebat. Verum

primam,

inam, & alteram, ad ipſa naſcentis Eccle- incunabula (de quo tamen tempore nunc errimus) referri nequaquam poſſe, hoc uno am maxime revincitur; quod tunc Chriſtia- omnes ita divexabant ac oppugnabant E- nici Reges, ut cogerentur ii & conveniendi lo- non ſemel mutare, & novum ſæpe, eum- e latentem & abditum ſtatuere: quapropter erum tunc fuiſſe Fidelibus, aut per ſe ſolo ligionis ſtudio convenire, aut publico ac pa- nti ſigno ab aliis ad conveniendum acciri, ne- o ſanæ mentis dixerit. Poſtremam quidem ſi nis ad illa tempora retulerit, ei non repugnan- aſſentiar; nititur enim ea res probabili omni- conjectura.

Cæterum ubi primum conſedit Cæſarum fu- r in Chriſtianos, pacemque ac tranquillita- m conſecuta eſt Eccleſia, tum cœperunt pu- ice Fideles ex edito loco ad Eccleſiaſticos ocari Conventus, diſtincto eorum tintinnabu- rum ſono, quibus deinde Campanarum no- en dedit, vel præcellens eorum artifex, vel Italiæ regio, quæ Campania dicitur, (pro- er æs nimirum Campanum, quod optimum editur ad campanas conflandas) ſeu potius, od in urbe Campaniæ Nola primum reperta nt tintinnabula, aut ſaltem cœperint fieri gran- ora. Sed ut ut eſt de nominis Campanarum rigine, (qua de re, ſi Deus annuerit, alibi curate) ſtatuendum videtur hoc loco, quando-

nam primo mos hîc pulsandi Campanas ad congendos Fideles fuerit in Ecclesiam inventus. Sabiniano quidem Romano Pontifici, qui Magno Gregorio successit anno Domini 604. id primo acceptum ferunt Polydorus Virgilius, Genebrardus, Panvinius, & Alphonsus Ciaconius. Illius verba sunt hæc libr. 6. de Inventoribus rerum cap. 12. *Quod tintinnabulorum sono populus invitatur, vocaturque ad sacra audienda statis diei horis; Sabiniani, qui Gregorio successit, hoc Decretum est.* Alter in Chronicis ad annum Christi 604. de eodem Sabiniano verba faciens ita scribit: *Campanas sive Tintinnabula invenit.* Panvinius vero in Epitome Romanorum Pontificum hæc ait: *Hic Papa Campanarum usum invenit, jussitque, ut ad Horas Canonicas, & Missarum sacrificia pulsarentur in Ecclesia.* Quæ verba desumens Ciaconius tomo primo de Vitis Romanorum Pontificum: *Sabinianus* (inquit) *usum Campanarum invenit, jussitque, ut ad Horas Canonicas & Missarum solemnia pulsarentur in Ecclesia.* Nec quemquam ab hac sententia dimovere debent loci illi Beati Hieronymi Regulæ Monacharum cap. 33. *Ad matutinas excubias medio noctis vos præparet; nullam ex vobis dormientem reperiat Campanilis sonus*, & cap. 39. *post pratitum cœnam, vel dormitum; post aliquam horarum juxta exigentiam temporis, ad Ecclesiam Sorores Campanula vocet, ubi vel de Sanctorum gestis, vel de aliis mirabilibus*

bus

Dei lectio devotè dicatur : utpote Auctoris
entis annis Sabiniano antiquioris, cum do-
s nemo in dubium revocet, falso Regulam
m Hieronymo tribui. Cæterum falli puto
mnem Stephanum Durantum, virum alio-
bene doctum, ac multæ lectionis, dum lib. 1.
Ritibus Ecclesiæ Catholicæ cap. 22. Anasta-
ersæ Monachi & Martyris seculo (accepit
martyrii coronam, juxta Baronii rationem,
o a Christo Domino 627.) nondum fuisse
npanarum usum in Ecclesiam invectum: nar-
eo fretus argumento, quod appropinquan-
m Cæsaream ejusdem Martyris Anastasii re-
liis, ureat in secunda Synodo Nicæna Act.
ota civitas sacra signa pulsans obviam pro-
erit. Etsi enim apud Græcos Campanarum
s fortasse nondum invaluerat, sed solummodo
, seu ligneorum instrumentorum, de
bus frequens mentio est in Vitis SS. Patrum
eorum: tamen apud Latinos jam a tempori-
saltem Sabiniani obtinebat.
orum probabiliorem puto sententiam, qui
tam Paulinum, Episcopum Nolanum, ip-
Hieronymi æqualem, primo in Ecclesiam
spanæ usum induxisse produnt, non quod
ribus seculis ignotus ille esset, sed quia san-
simus vir prophanum Gentilium sacrorum
m correxit, & ad Ecclesiastica nostra mu-
transtulit. Adfirmarim autem, adductos
bores, qui hujus Ecclesiasticæ consuetudinis

nam primo mos hic pulsandi Campanas ad congendos Fideles fuerit in Ecclesiam invectus. Sabiniano quidem Romano Pontifici, qui Magno Gregorio successit anno Domini 604. id primo acceptum ferunt Polydorus Virgilius, Genebrardus, Panvinius, & Alphonsus Ciaconius. Illius verba sunt hæc ibi 6. de Inventoribus rerum cap. 12. *Quod tintinnabulorum sono populus invitatur, vocatusque ad sacra audienda statis diei horis; Sabiniani, qui Gregorio successit, hoc Decretum est.* Alter in Chronico ad annum Christi 604. de eodem Sabiniano verba faciens ita scribit: *Campanas seu Tintinnabula invenit.* Panvinius vero in Epitome Romanorum Pontificum hæc ait: *Hic Papa Campanarum usum invenit, jussitque, ut ad Horas Canonicas, & Missarum sacrificia pulsarentur in Ecclesia.* Quæ verba desumens Ciaconius tomo primo de Vitis Romanorum Pontificum: *Sabinianus* (inquit) *usum Campanarum invenit, jussitque, ut ad Horas Canonicas & Missarum solemnia pulsarentur in Ecclesia.* Nec quemquam ab hac sententia dimovere debent loci illi Beati Hieronymi Regulæ Monacharum cap. 33. *Ad matutinas excubias medio non vos præparet, nullam ex vobis dormientem reperiat Campanilis sonitus*, & cap. 39. *post peractum cænam, vel dormituri, post aliquem horarum juxta exigentiam temporis, ad Ecclesiam sonet Campanula vestra, ubi vel de Sanctarum gestis, vel de aliis mirabilibus*

bus

is *Dei lectio devota dicatur*: utpote Auctoris recentis annis Sabiniano antiquioris, cum dolus nemo in dubium revocet, falso Regulam Hieronymo tribui. Cæterum falli puto eumem Stephanum Durantum, virum alioi bene doctum, ac multæ lectionis, dum lib. 1. Ritibus Ecclesiæ Catholicæ cap. 22. Anasta-Persæ Monachi & Martyris seculo (accepis e martyrii coronam, juxta Baronii rationem, no a Christo Domino 627.) nondum fuisse mpanarum usum in Ecclesiam invectum nar-s eo fretus argumento, quod appropinquanm Cæsaream ejusdem Martyris Anastasii requis, ut est in secunda Synodo Nicæna Act. tota civitas sacra signa pulsans obviam proferit. Etsi enim apud Græcos Campanarum ns fortasse nondum invaluerat, sed solummodo *κώδωνες*, seu ligneorum instrumentorum, de bus frequens mentio est in Vitis SS. Patrum rcorum: tamen apud Latinos jam a temporis saltem Sabiniani obtinebat.

Eorum probabiliorem puto sententiam, qui atum Paulinum, Episcopum Nolanum, ipa Hieronymi æqualem, primo in Ecclesiam mpanæ usum induxisse produnt; non quod oribus seculis ignotus ille esset, sed quia sanissimus vir prophanum Gentilium sacrorum um correxit, & ad Ecclesiastica nostra mua transtulit. Adfirmarim autem, adductos uctores, qui hujus Ecclesiasticæ consuetudinis

originem a Sabiniano trahunt, hoc duntaxat ſenſiſſe; receptum jam in Eccleſia morem, fuiſſe deinde Sabiniani Conſtitutione firmatum; quemadmodum allata Polydori verba ſonare videntur; ſeu potius, id quod ex citatis Panviaii & Ciaconii locis facile colligitur, Sabinianum primo decreviſſe, ut ad Horas Canonicas, & ad Miſſarum ſolemnia pulſarentur Campanæ. Niſi forte dicere malimus cum Martino Polono, id primo ſtatuiſſe Sabinianum, ut horæ diei per Campanæ pulſum ex Eccleſia populis indicarentur. Polonі verba de Sabiniano agentis ea ſunt in ſuis ſupputationibus ad Ann. Chriſti 604. *Hic conſtituit, ut horæ diei per Eccleſias pulſarentur. Ad quæ reſpiciens Platina ait: Sabiniani hoc fuiſſe inſtitutum ferunt, ut & horæ in Eccleſiis diſtinguerentur officii gratia.*

Poſſem hic equidem multa adjicere, & de Tubæ ſono, quo Monachos olim ad Collectam cogi ſolitos legimus in Pachomii Regula art. 2. & de Excitatorio malleo, quo Tarſenſis Adolius, teſte Palladio in Lauſiaca cap. 104. Cellarum fores pulſans, Fratres omnes ad oratoria convocabat; & de ligno, cujus pulſu, ut habemus in Leonis Imperatoris Panegyrico de Chryſoſtomo, excubitor Monachos ad matutina Cantica excitabat; & de plauſu, (ſic enim appellat Caſſianus de Cœnobiorum Inſtituto lib. 2. cap. 11.) quem dans ſenior Pater, manu ſua in ſcidi, quo ſedebat, cunctos faciebat

Mo-

nachos ad Orationem conſurgere; & de vo-
denique Alleluia, qua altius decantata, quem-
modum ſcriptum reliquit B. Hieronymus Epi-
la 23. & 27. ad Synaxim evocabantur Monia-
. Sed cum iſta privata ſint, & certorum dun-
tat hominum ac locorum propria, nos vero
amus hic de communi ac publico ſigno, quo
leles omnes olim ad Conventus Eccleſiaſticos
ebant convocari, ea ſilentio de induſtria præ-
mitto.

In eo igitur ſtandum, quod hactenus ex optimis
ctoribus & ex certa conjectura docui, tunc cœ-
ſe Fideles publico ac patenti Campanarum ſo-
ad Conciones alioſque Conventus Eccleſiaſti-
s evocari, cum Eccleſia, fracto Tyrannorum
ore, tutam tandem ac tranquillam conſecuta
pacem.

Illud tamen non opinor omittendum, quod
ic Capiti coronidem imponat. Noſtros, dum
inam Campanarum originem ab ultima anti-
itate repetunt, referre illam paſſim ad eas tu-
, quas Deus Numerorum cap. 10. fieri juſ-
at; quarum nimirum uſus is quoque erat, ut
bs ad Concionem vocaretur: id quod pla-
ime confirmat Joſephus lib. 3. Antiquitatum
laicarum cap. 15. *Adinvenit autem* (de Mo-
loquitur) *& modum tubæ ex argento factæ,*
e eſt hujuſmodi, longitudinem quidem habens,
. Factæ ſunt tales duæ; & una quidem utéban-
ad juſſionem & collectionem populi in Eccleſiis

celebrandam; altera vero, cum oporteret ad cogitandum de rebus neceſſariis Principes convenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Sed jam de iis, quæ a Concione propius abſunt, dicamus.

CAPUT VIII.

Preces ad Deum Concionem ſemper anteiſſe. A Gentium quoque Oratoribus dicendi initium a precationibus captum. Præclara B. Ambroſii mox concionaturi, precationis formula.

Bene ac ſapienter Majores inſtituerunt, ut quemadmodum rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus caperetur, quod nihil rite, nihilque providenter homines, ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore, auſpicarentur. Libet enim ab iiſdem verbis hujuſce capitis initium ducere, quibus affatur Imperatorem Trajanum in ſui Panegyrici principio Plinius Secundus; non eadem ille quidem religione, neque iiſdem præceptis imbutus, quibus nos ſumus, ſed eruditus tamen, ac eloquens, & Deorum ſuorum cultor eximius. Qui mos, cui potius convenire poteſt, quam Oratori Chriſtiano? aut quando magis uſurpandus, quam

cum

tum populorum mores dicendo formamus ac corrigimus? Periclem illum Atheniensem Oratorem, cujus in labris Lepor habitabat, quique fulgurare, tonare, & permiscere Græciam dicebatur, nam nisi Deos precatum accessisse ad dicendum, ut dexteri nimirum ac volentes adessent, nec ullum sibi paterentur verbum excidere, unde quisquam Auditorum jure posset offendi, scriptum reliquit Plutarchus. Cur cum igitur Christianus Orator, jam ad dicendum paratus, Deum precetur, veneretur, atque imploret, ut & menti lumina præferat, & dirigat linguam, ipsique Auditores emergant aliquando a vitiis, & se ad frugem bonam recipiant? Designavit utique hanc consuetudinem, seu potius necessitatem, orandi ante Concionem Beatus Lucas Actorum cap. 6. dum de Prædicatione agens, Orationem ante illam constituit, sic inquiens: *Nos vero Orationi & Ministerio verbi instantes erimus.* Quod nimirum Prædicationem dirigat Oratio, & sine hac sit illa veluti muta ac sterilis. Atque in hanc omnino sententiam accepit allata Lucæ verba Chrysostomus Homil. 3. de incomprehensibili Dei natura, cum ait: *Porro Sermoni Oratio debet anteire: sic Apostoli dicunt, Nos in Oratione & Sermonis doctrina perseverabimus.* Id ipsum Pauli exemplo confirmans, subdit: *Sic Paulus facit, cum in Exordiis suarum Epistolarum orat, ut perinde, quasi lumen lucernæ, lux ipsa orationis*

regat ſermonem ac dirigat. Pertinent huc etiam ea Auguſtini verba de Chriſtiano Oratore agentis libro 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 15. *Ipſa hora jam ut dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum levet animam ſitientem, ut eructet, quod biberit, vel, quod impleverit, fundat*: Præclara porro & imitatione digna eſt illa precationis formula, quam B. Ambroſium mox concionaturum pronunciare ſolitum legimus in hunc fere modum: *Obſecro, Domine, & ſuppliciter rogo, da mihi ſemper humilem ſcientiam, quæ ædificet, da mitiſſimam & ſapientem eloquentiam, quæ neſciat inflari, & de ſuis bonis ſuper Fratres extolli: pone, quæſo, in ore meo verbum conſolationis, & ædificationis, & exhortationis per Spiritum ſanctum tuum, ut bonos ad meliora valeam exhortari, & eos, qui perverſe gradiuntur, ad tuæ rectitudinis lineam revocare verbo & exemplo. Sint verba, quæ dederis ſervo tuo, tamquam acutiſſima jacula & ardentes ſagittæ, quæ penetrent & incendant mentes audientium ad timorem & amorem tuum*. Hactenus Ambroſius.

CA-

CAPUT IX.

Accepta olim Benedictione habitæ nonnumquam Conciones.

NEc reticere debeo in præſentia, veteres Eccleſiæ Patres, mox concinaturos, Benedictionem ab Antiſtite poſtulare conſueviſſe. De S. Amando Trajectenſi Epiſcopo, tradit ejus vitæ ſcriptor Beda, ſolitum eum, Concionem mox inchoaturum, Benedictionem a Prælato accipere.

Quid porro cauſæ ſit, quamobrem Concionum initio peti & dari ſoleret hujuſmodi Benedictio, eam puto commode proferri poſſe rationem, quam Abbas Rupertus reddidit, cur Lecturus in Eccleſia Benedictionem petat, dicens: *Jube Domine benedicere.* Quod nemo, niſi miſſus, aut accepta licentia, officium prædicandi uſurpare poteſt. Ruperti verba ſubſcribam: *Lecturus vero,* (inquit lib. 1. de Div. Offic. cap. 12.) *Benedictionem petens, hoc ſignificat, quod nemo, niſi miſſus, aut permiſſus, officium prædicandi uſurpare debeat;* Quomodo enim prædicabunt, *inquit Apoſtolus*, niſi mittantur?

Hic alienum ab inſtituto noſtro non erit obſervare, pleriſque Homiliis Patrum & Vitis ſanctorum præfigi a Græcis ſolere hæc verba,

εὐλόγησον

εὐλόγησον πάτερ, *Benedic Pater*: apud Athanaſium, Orationi de Aſſumptione Domini: apud Epiphanium, Orationi de die feſto Palmarum: apud Joan. Chryſoſtomum 4. & 5. Hom. de Chriſti Aſcenſione: nec non Vitis Joannis Chryſoſtomi a Georgio Alexandrino, Dionyſii Areopagitæ a Simeone Metaphraſte ſcriptis, &c. quæ verba cave a Sanctis ejuſmodi Patribus uſurpata putes, ſed ex eo originem traxiſſe ſcito. Solebant Monachi in ſuis Conventibus, ſeu Collationibus, atque etiam Eccleſiis Homilias Patrum, Martyrum Agones, atque alia ejuſmodi ſcripta ſinceram pietatem ſpirantia, legere. Qui lecturus erat, benedictionem a Præpoſito his verbis petebat, εὐλόγησον πάτερ. Hinc factum eſt, ut Monachi, quorum antiquus libros exſcribere opus erat atque officium, quotieſcumque ſimiles tractatus exſcriberent, hæc verba præſcriberent. Hoc ſufficienter adſtruunt plerique libri editi, ſed præſertim manu exarati, qui raro admodum ejuſmodi verba omittunt.

CA-

CAPUT X.

Concionaturi olim Cruce ſe conſignabant ipſo Concionis initio. Id ipſum fecerunt cum Hæreticis diſputaturi.

NEque vero ullus nobis relinquitur dubitandi locus, quin laudabilis ille mos inchoandi Conciones a Crucis Signo olim etiam in communi ac quotidiano fuerit uſu. Etenim adfirmat Tertull. lib. de Corona Militis cap. 3. *Naſcentis Eccleſiæ Chriſtianos ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, & ad omnes, quæ eos poterat exercere, converſationem, frontem Crucis ſignaculo terere conſueviſſe.* Id quod Hieroſolymitanus quoque Cyrillus in 4. Catecheſi ita confirmat: *Signo iſto utere, cum edens ac bibens, tum ſedens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans, &, ut ſemel dicam, in omni re, omnique negotio.* Et in Catecheſi 13. iis verbis: *In fronte confidenter ſignaculum Crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus Crux fiat; in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egreſſu & in ingreſſu, ante ſomnum, recumbendo & ſurgendo, eundo & quieſcendo.* Quis igitur dubitet, quin Conciones exorſuri hoc idem

olim

olim factitarint? Certe hanc unam ob cauſam puto, S. Methodium, Patarenſem Epiſcopum & Martyrem, ſuam, quam de Simeone & Anna, quo die ſibi in Templo occurrerunt, Homiliam, Navem Sermonis Crucis ſignaculo inſignitam appellaſſe, quod ipſe ad ejus initium ſe Cruce conſignaſſet. Ejus verba ſunt hæc: *Cæterum hic navem noſtri Sermonis Crucis ſignaculo inſignitam, tamquam in portum appellentes, ut modus jam, ratioque ejus poſtulat, velis contractis quieſcere ſinamus.* Juniorem quoque Juſtinum Imperatorem, verba facturum ad populum, Crucis ſigno prius ſe muniiſſe teſtatur Corippus Africanus, non ineleganter ita canens:

Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum,
Atque Crucis faciens ſignum venerabile ſedit,
Erectaque manu, cuncto præſente Senatus,
Ore pio hæc orans ait.

Atque huc etiam referendum videtur, quod de S. Zenobio, Florentino Epiſcopo, (cujus virtus ſub Juliano Apoſtata enituit) parentibus iratis factum ſuum probare volente, (quibus nimirum inſciis baptiſmum ſuſceperat) ſcriptum reliquit Joannes Archipresbyter Aretinus apud Surium die 25. Maii: *Signo Crucis edito*, (inquit Joannes) *pios in cælum oculos ſuſtulit, cujus linguæ ſanctus Spiritus tantam exemplo eloquii ubertatem infudit, ut parentes ipſius, impio furore depoſito, eum, quem paulo ante in filio baptiſmum cul-*

pave-

paverant, ipſi mox nuda humo proſtrati ad pedes ſacri Antiſtitis contenderent.

Sed & cum Hæreticis, & maxime cum ipſius Crucis adverſariis, diſputaturi olim Fideles; Cruce ſeſe olim conſignabant. Sanctus Porphyrius, Gazenſis Epiſcopus, cum Manichæa muliere diſputationem exordiri volens, linguam ſigno Crucis munivit, ut habetur in ejus Vita. S. Cyrillus Hieroſolymitanus id ipſum faciendum monet citata Catecheſi 13. in hæc verba: *Accipe arma contra adverſarios hujus Crucis, trophæum ſtatuas, fidem Crucis, adverſus contradicentes; cum enim de Domino, Cruceque contra infideles quæſtio tibi erit, prius ſtatue manu tua ſignum, & obmuteſcet contradicens; non pudeat Crucem Chriſti confiteri. Angeli enim gloriantur dicentes*, Jeſum quæritis crucifixum, *corona enim eſt Crux, non ignominia.*

CAPUT XI.

Angelica Salutatio proxime ante Concionem, quandonam, & cur recitari cœpta. Eraſmi inanis opinio confutatur.

ENimvero quando hic agimus de iis omnibus, quæ Concioni præmitti conſueverunt; non erit prætermittenda præclara illa ad Beatam Virginem Salutatio, quam ab Angelo Ga-

Gabriele profectam, nunc paſſim hic proxim ante Concionem, aut, ut alibi, poſt primum proœmium recitari videmus. Non ita vetu autem eſſe laudabile hoc Eccleſiæ inſtitutum ex eo facile crediderim, quod Beatus Vincen tius Ferrerius, qui floruit anno Domini 1410 primus ex omnibus Eccleſiaſticis Scriptoribus il lius meminerit, dum ſingulis Sermonibus ſui præmittit ea verba, *Salutetur Beata Virgo*. Fa tendum ut ſit, illud vel a Beato Vincentio ini tium habuiſſe, vel certe ipſius Vincentii tem poribus cœpiſſe frequentari.

Cur vero fuerit in Eccleſiam invecta ea con ſuetudo, aliam commodiorem adſignari non poſ ſe rationem exiſtimo, quam quæ ab erudit viro Carolo Regio in ſuo Oratore Chriſtian lib. 1. cap. 2. ſtrictim ita attingitur: *Arbitro eſſe recens inſtitutum, & inductum forte propte Hæreſes in Beatam Virginem exortas, cum ipſ ſit, quæ omnes Hæreſes interimere queat.* Hæ ille. Et ſane, quemadmodum ad peſtiferam Arii, aliorumque Hæreticorum tunc vigentium opinionem ejiciendam prorſus ac evellendam qua Filium Patri minime coæternum nec con ſubſtantialem adfirmabant, caverunt Patres in Nicæna Synodo congregati, ut in Formatis E piſtolis conſcribendis adhiberentur prima Græ ca elementa Patris, & Filii, & Spiritus San cti, π. τ. Α. Η. Veluti Symbolicæ formulæ eam dem Divinarum perſonarum æqualitatem ac con

ſub-

ſubſtantialitatem exprimentes (ut in libello de antiquo Epiſtolarum genere apud Chriſtianos olim aperui.) Et ſicut ad eundem Arianorum errorem refellendum ac coarguendum conſtitutum fuit, ſicuti ex Vaſenſis Concilii ſecundi can. 3. liquido conſtat, ut Glorificationis Hymno adderentur ea verba, *Sicut erat in principio, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum*, exprimentia trium ſanctiſſimæ Trinitatis perſonarum coæternitatem ac conſubſtantialitatem. Quemadmodum etiam ad Pelagi Hæreſim, qui liberum arbitrium Divinæ gratiæ anteferebat, adfirmabatque ad Divina juſſa implenda voluntatem per ſe ſine gratia ſufficientem eſſe, convellendam conſueverunt illius temporis Patres in Epiſtolarum ſuarum principio *Miſericordia Dei & Gratia indigentes* ſeſe appellare, ut præclare obſervavit Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 415. eam referens Epiſtolam, quam Lucianus, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Presbyter, de revelatione Corporum Beatiſſimi Stephani Protomartyris, & Sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, ad univerſos Chriſti Fideles dederat: cujus illa erat Inſcriptio: *Lucianus, miſericordia Dei indigens, & omnium hominum minimus, Presbyter Eccleſiæ Dei*, &c. Ita credendum videtur, fuiſſe a Patribus inſtitutum, ut Sermonibus ſuis præmitterent Concionatores Angelicam Salutationem, ob ipſas in Beatam Virginem exortas Hæreſes. Si quis tamen primum

mum eam præmiſſam fuiſſe Concionibus de Annunciatione, Aſſumptione, & aliis B. Mariæ feſtivitatibus, atque paulatim cæteris cujuſcunque argumenti Concionibus præfixam fuiſſe contenderit, huic non invitus accedam. Certe conſtat appendicem illam Salutationis Angelicæ *Sancta Maria*, &c. ante centum quinquaginta annos additam fuiſſe, quæ a pleriſque Concionatoribus jam recitatur.

Quidquid ſit, ſuppudeat Deſiderium Eraſmum, qui, jocoſe magis an impie, ſcribere non dubitavit in Eccleſiaſte, ob id Concionatores introduxiſſe Virginis ſalutandæ conſuetudinem ipſo Concionum initio, ut ſexui femineo blandirentur, imitarenturque Poetas Ethnicos, Virginem ſcilicet Matrem pro Muſa ſubſtituentes.

CAPUT

CAPUT XII.

Ante prævium Concioni lectionem Sacrarum Scripturarum ſilentium olim imperatum a Diaconis. Sic Levitæ apud Judæos ſilentium faciebant ante ſacram lectionem. Mos idem in Eccleſiam Ambroſianam olim invectus, nunc etiam conſtantiſſime retinetur. Eccleſiaſticas omnes actiones moderabantur olim Diaconi, idque voce interdum, interdum nutibus, aliquando orario. Nunc etiam Cæremoniarum Magiſtri in Majoribus ſeu Cathedralibus Eccleſiis ſacras omnes actiones dirigunt ac moderantur.

[Llud hoc loco pro certo & conceſſo mihi umo, accurate infra demonſtrandum: habitas olim ut plurimum Conciones poſt recitatam aliquam Scripturæ Sacræ lectionem, unde ipſarum etiam Concionum argumentum eruerent. Ante hujuſmodi itaque Concioni prævium, ve Evangelicam, ſive quamlibet aliam Sacræ cripturæ recitationem, conſueverunt olim Diaoni ſilentium imperare. Sic & apud Judæos evitæ, quibus noſtri ſucceſſere Diaconi, ante

celebrandam; altera vero, cum oporteret ad cogitandum de rebus neceſſariis Principes convenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Sed jam de iis, quæ a Concione propius abſunt, dicamus.

CAPUT VIII.

Preces ad Deum Concionem ſemper anteiſſe. A Gentium quoque Oratoribus dicendi initium a precationibus captum. Præclara B. Ambroſii, mox concionaturi, precationis formula.

Bene ac ſapienter Majores inſtituerunt, ut quemadmodum rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus caperetur, quod nihil rite, nihilque providenter homines, ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore, auſpicarentur. Libet enim ab iiſdem verbis hujuſce capitis initium ducere, quibus affatur Imperatorem Trajanum in ſui Panegyrici principio Plinius Secundus; non eadem ille quidem religione, neque iiſdem præceptis imbutus, quibus nos ſumus, ſed eruditus tamen, ac eloquens, & Deorum ſuorum cultor eximius. Qui mos, cui potius convenire poteſt, quam Oratori Chriſtiano? aut quando magis uſurpandus, quam

cum

populorum mores dicendo formamus ac
rigimus? Periclem illum Atheniensem Ora-
em, cujus in labris Lepor habitabat, qui
fulgurare, tonare, & permiscere Græciam
batur, non nisi Deos precatum accessisse
dicendum, ut dexteri nimirum ac volentes
sent, nec ullum sibi excideret verbum ex-
ere, unde quisquam Auditorum jure posset
ndi, scriptum reliquit Plutarchus. Cur cum
ur Christianus Orator, jam ad dicendum pa-
us, Deum precetur, veneretur, atque im-
et, ut & menti lumina præferat, & diri-
linguam, ipsique Auditores emergant alia-
ndo a vitiis, & se ad frugem bonam reci-
nt? Designavit utique hanc consuetudinem,
o potius necessitatem, orandi ante Concio-
m Beatus Lucas Actorum cap. 6. dum de
dicatione agens, Orationem ante illam com-
nit, sic inquiens: *Nos vero Orationi & Mi-
erio verbi instantes erimus*. Quod nimirum
dicationem dirigat Oratio, & sine hac sit
veluti muta ac sterilis. Atque in hanc om-
o sententiam accepit allata Lucæ verba Chry-
tomus Homil. 3. de incomprehensibili Dei
ura, cum ait: *Porro Sermoni Oratio debet an-
re: sic Apostoli dicunt, Nos in Oratione &
rmonis doctrina perseverabimus*. Id ipsum
uli exemplo confirmans, subdit: *Sic Paulus
it, cum in Exordiis suarum Epistolarum orat,
perinde, quasi lumen lucernæ, lux ipsa orationis*

εὐλόγησον πάτερ, *Benedic Pater*: apud Athanaſium, Orationi de Aſſumptione Domini: apud Epiphanium, Orationi de die feſto Palmarum: apud Joan. Chryſoſtomum 4. & 5. Hom. de Chriſti Aſcenſione: nec non Vitis Joannis Chryſoſtomi a Georgio Alexandrino, Dionyſii Areopagitæ a Simeone Metaphraſte ſcriptis, &c. quæ verba cave a Sanctis ejuſmodi Patribus uſurpata putes, ſed ex eo originem traxiſſe ſcito. Solebant Monachi in ſuis Conventibus, ſeu Collationibus, atque etiam Eccleſiis Homiliæ Patrum, Martyrum Agones, atque alia ejuſmodi ſcripta ſinceram pietatem ſpirantia, legere. Qui lecturus erat, benedictionem a Præpoſito his verbis petebat, εὐλόγησον πάτερ. Hinc factum eſt, ut Monachi, quorum antiquitus libros exſcribere opus erat atque officium, quotieſcumque ſimiles tractatus exſcriberent, hæc verba præſcriberent. Hoc ſufficienter adſtruunt plerique libri editi, ſed præſertim manu exarati, qui raro admodum ejuſmodi verba omittunt.

CA-

CAPUT X.

Concionaturi olim Cruce se consignabant ipso Concionis initio. Id ipsum faciebant cum Hæreticis disputaturi.

NEque vero ullus nobis relinquitur dubitandi locus, quin laudabilis ille mos inchoandi Conciones a Crucis Signo olim etiam in communi ac quotidiano fuerit usu. Etenim affirmat Tertull. lib. de Corona Militis cap. 3. *Nascentis Ecclesiæ Christianos ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, & ad omnes, quæ eos poterat exercere, conversationem, frontem Crucis signaculo terere consueviſſe.* Id quod Hieroſolymitanus quoque Cyrillus in 4. Catecheſi ita confirmat: *Signo iſto utere, cum edens ac bibens, tum ſedens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans, &, ut ſemel dicam, in omnire, omnique negotio.* Et in Catecheſi 13. iis verbis: *In fronte confidenter ſignaculum Crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus Crux fiat; in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egreſſu & in ingreſſu, ante ſomnum, recumbendo & ſurgendo, eundo & quieſcendo.* Quis igitur dubitet, quin Conciones exorſuri hoc idem olim

CAPUT XIII.

Ipſo Concionum initio manu ſilentium olim factum Concionatoribus, Apoſtoli ipſi, ac Apoſtolorum æquales, ad dicendum ſe componentes morem hunc frequenter uſurparunt. Ab Ethnicis quoque ac Judæis, mox dicturis, id ipſum factitatum.

JAm vero quemadmodum Diaconi, ut ſupra demonſtratum eſt, vel voce, vel nutu, vel etiam oratio ſilentium ante Sacram Concioni prævia Lectionem imperare conſueverunt; ita ſacro olim Concionatores ipſomet Concionum initio manu illud idem factitaſſe, paratoſque ſibi ad dientiam, reperio.

Ipſis certe naſcentis Eccleſiæ temporibus ſolitos Apoſtolos, ac Apoſtolorum æquales, mox dicturos, manu ſilentium Auditoribus impera rej convincitur manifeſte ex ipſis Apoſtolorum Actis, in quibus volentes verba ad populum habere Petrus, Paulus, & Alexander, prius dicuntur manu ſilentium & audientiam ſibi feciſe. Capite quidem XII. verſ. 17. de Petro ita habetur: *Annuens eis manu, ut tacerent, narravit, quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere.* Cap. XIII. verſ. 16. *Surgens autem Paulus, & ma-*

nu ſilentium indicens, ait, Viri Iſraelitæ, & i timetis Deum, audite. Cap. XIX. verſ. 33. *lexander autem, manu ſilentio poſtulato, volebat ddere rationem populo.* Et cap. XXI. verſ. 40. *Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebem, & gno ſilentio facto allocutus eſt linguâ Hebræa, ens, Viri fratres & Patres, audite.*

Ethnicos quoque, ad dicendum ſe componen-, manu ſilentium imperaſſe, teſtatur perſpicue rſius Satira IV. ſic ſcribens:

Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Majeſtate manus.

nod & Lucanus lib. 1. de Julio Cæſare agens nfirmat his verbis:

— *tumultum*
Compoſuit vultu, dextraque ſilentia fecit.

Xiphilinus in Adriano, de præcone loquens, c ait: *Is cum manum porrexiſſet, eſſetque ob m cauſam ſilentium conſecutum, ut eſt conſuetu-*

Subjiciamus hic etiam Herodiani ac Taciti ſtimonia, ut ex eorum verbis, tamquam ad-bato lumine, obſcurus mos iſte magis illuſtre-r: *Sedens*, ait ille, *Imperatoria ſella Commo-s, pleno ſpectatoribus theatro, fuiſſe cuique locis ſedendum pro dignitate attributis, priuſquam idquam diceretur, egreturque in ſcenam, repente idem Philoſophi habitu, manu baculum geſtans, eamque ſemi-nudus ab humero ſuſpenſus, curri-lo prodiit: mediaque in ſcena conſiſtens, manu-e ſilentium imperans: Non hoc, inquit, ludo-*

rum tempus, o Commode. Tacitus vero de Druſo loquens ad dicendum ſe componente, ut concitatam Legionum ſeditionem ac diſcordiam ſedaret: *Stabat Druſus, ſilentium manu poſcens*, &c.

Sed & Judæorum morem hunc fuiſſe, beatus Joannes Chryſoſtomus initio Homil. 29. in Acta Apoſtolorum, ad ea verba, *Surgens Paulus, ac innuens manu*, diſerte tradit: *Mos hic Judæis erat, & ideo & ipſe* (Paulus) *juxta illum eis loquitur*.

CAPUT XIV.

Quo manus geſtu aut forma ſoleret olim hujuſmodi ſilentium poſtulari, fierique audientia. Digitorum concrepatione interdum. Interdum indice & medio in jotam erectis, cæteris pollice compreſſis. Sæpius tamen dextera dicentis manu, cum dignitate quadam ac majeſtate, porrecta & extenta.

VErum quo manus geſtu, motu, forma, flexuque ſoleret in dicendo hujuſmodi ſilencium & audientia fieri, inveſtigandum videtur: non minus enim quo id ritu, quam quod fieret, ſcire refert.

Di-

Digitorum igitur concrepatione paratam interdum audientiam, ſubjecta Petronii Arbitri ex Satirico verba comprobant: *Ut ergo tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput, & manibus inter ſe uſque ad articulorum ſtrepitum ſtrictis: Quanam eſt, inquit, hæc audacia?* Et ea, quæ non multo poſt ſequuntur: *Intrat homo omnium inſulſiſſimus, & plane illa domo dignus, qui ut infractis manibus congemuit, ejuſmodi carmina effudit, Huc, Huc, convenite, &c.* Eodemque ſpectare videtur illud Propertii lib. 4. Eleg. 7.

— *at illi*
Pollicibus fragiles increpuere manus.

Illuſtrius autem exemplum ejuſdem conſuetudinis ſuppeditat B. Hieronymus Epiſt. ad Ruſticum Monachum, de Rufino loquens: *Teſtudineo* (inquit) *incedebat ad eloquendum gradu, & per intervalla quædam vix pauca verba carpebat, ut eum putares ſingultire, non proloqui: & tamen cum, menſa poſita, librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractis naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc ſigno ad audiendum provocans.*

Indice præterea & medio in jotam erectis, ceteriſque pollice compreſſis, ſilentium indictum, planum fit ex Apuleii Metamorphoſeos lib. 2. quo loci Telephronem inducens Apuleius fabulam exponere volentem, audientiam ſibi in hunc modum paraſſe narrat: *Suberectus in to-*

rum

tum porrigit dexteram; & inſtar Oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, ceteros eminentes porrigit, & infeſto pollice clementer ſubrigens inſit, Telophron pupillus ego, &c. Quem morem Fabius quoque Planciades Opuſculo de Allegoria librorum Virgilii ad Chalcidium Grammaticum, ita perſtringit: *Itaque compoſitus in dicendi modum erectis in totam duobus digitis tertium pollice comprimens, ita verba, eorſus eſt.* Hac etiam digitorum compoſitione ac conformatione veteres Chriſtianos Auditoribus ſignificaſſe, verba ſe velle facere, adnotat vir eruditus ad citata Propertii verba; admonetque, Epiſcopos ſic pingi conſueviſſe, quod eo geſtu olim, in loco, qui *Salutatorium* Latinis dicebatur, ἀσπασμὸν Græcis, alloquebantur populum, eique benedicebant. Addit etiam, eoſdem hodie eo quidem geſtu benedicere, non autem populum alloqui. Verum quidquid ſit de hac Epiſcopali manus conformatione ac compoſitione in benedictione populis tribuenda, (quam ad denotandam Sanctiſſimæ Trinitatis unitatem trahi ab aliquibus non ſum neſcius) certe non auſim affirmare, fuiſſe eamdem in dicendo tam religioſe obſervatam a Petro, Paulo, Alexandro, de quibus ſupra ex Apoſtolorum Actis, ceteriſque veteris Eccleſiæ Concionatoribus.

Illud veriſſime aſſeverarim, dexteram dicentis manum cum dignitate quadam ac majeſtate porrectam & extentam ſilentium olim paraſſe, feciſſeque

feciſſeque audientiam. Dixi multa, paucis: ac ne quis gratis dixiſſe me putet, in horum confirmationem teſtimonia producam. Ac dexteram quidem unam id operis habuiſſe, commemorant expreſſe Lucanus & Apuleius locis ſuperius allatis. Non niſi vero extentam & porrectam id ipſum perfeciſſe, & citata Xiphilini ac ejuſdem Apuleii teſtimonia declarant: & colligo manifeſte ex Actuum Apoſtolorum cap. xxvi. verſ. 1. quo loco defenſionem ſuam exordiri volens beatus Paulus coram Agrippa Rege, manum prius extendiſſe dicitur, ut videlicet & ſilentium ſibi conciliaret & audientiam. *Agrippa vero* (inquit Lucas) *ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo: tunc Paulus, extenta manu, cœpit rationem reddere.* Addo, eamdem, pæne, vel ipſo Budæo teſte in Commentariis Linguæ Græcæ, vim eſſe ac poteſtatem Græci verbi ἀπολογεῖσθαι, quo utitur in hanc rem idem beatus Lucas Actorum capitibus xii. xix. & xxi. ſuperius adductis. Quin etiam Syrus in eumdem ſenſum accepit eam vocem ac tranſtulit. Sed & juniorem Juſtinum Imperatorem in ejus Orationis initio, quam ad populum habuit, ubi primum Imperii diademate fuit redimitus, ut populi audientiam ſibi conciliaret, manum erexiſſe ſcribit Corippus Africanus iis verſibus, quos ſupra protuli capite x.

Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum,
Atque Crucis faciens ſignum venerabile ſedit;

Ere-

Erectaque manu, cuncto præsente Senatu;
Ore pio hæc ait.

Fuisse demum non nisi cum dignitate quada ac majestate porrectam & extentam prodit Pe sius iis verbis supra ex Satira quarta relatis:

Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Majestate manus.

Non dubitarim itaque adfirmare, sacros oli Concionatores, ut silentium sibi & audientia ab Auditoribus ipso Concionum initio concili rent, consueviſse dexteram cum majestate qu dam extendere ac porrigere. Quam sane co suetudinem, etsi procedente tempore, sive n glectam, sive intermissam, nunc penitus in E clesia amisimus, illud tamen ejus vestigium e tat adhuc in familiaribus nostris collocutionibu quod dum volumus attentos eos facere, quib cum sermones conferimus, extendimus subi dexteram, verbum etiam *Audite*, tamquam ce tam ejus gestus explicationem, non raro addi tes.

CAPUT

CAPUT XV.

Proxime ante Concionem recitabatur ſemper aliquid e Scriptura Sacra, unde ipſum Concionis argumentum erueretur. Judæi quoque nun niſi poſt Legis aut Prophetarum lectionem accedebant ad ipſam Legem explicandam, Prophetaſque interpretandos, & Auditorum mores exhortationibus formandos ac corrigendos.

HEbræos quidem, quorum ex fonte noſtros pæne omnes in concionando ritus manaſſe diximus, non niſi poſt Legis, aut Prophetarum lectionem, ſive ad ipſam Legem ac Prophetas interpretandos, ſive ad mores exhortationibus formandos ac corrigendos, accefſiſſe, vel unus B. Lucas locuples teſtis eſſe poteſt. Etenim Evangelii capite IV. verſ. 16. Chriſtum Dominum inducens quadam Sabbati die in Synagoga verba facere volentem, non prius eum loqui cœpiſſe ſcribit, quam ſingularem ex Iſaiæ libro locum legiſſet: *Intravit Jeſus*, inquit, *ſecundum conſuetudinem die Sabbati in Synagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & ut revolvit librum, invenit locum, ubi*

ubi ſcriptum erat, Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, &c. *Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit, & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum; cœpit autem dicere ad illos*, &c. Paulum quoque & Barnabam non niſi poſt Sanctorum Voluminum lectionem a Synagogæ Principibus ad dicendum fuiſſe invitatos tradit idem Lucas Actorum capite XIII. verſ. 14. iis verbis: *Venerunt Antiochiam Piſidiæ*, (de Paulo & Barnaba loquitur Lucas) *& ingreſſi Synagogam die Sabbatorum, ſederunt; poſt lectionem autem Legis & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes, Viri fratres, ſi quis eſt in vobis Sermo exhortationis ad Plebem, dicite: ſurgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait*, &c.

Hunc Synagogæ morem Chriſti ſane Eccleſia & naſcens recepit, & conſtanter retinuit adulta. Philo Hebræorum doctiſſimus, de Eſſæis agens, ita ſcriptum reliquit in libro, cui nomen eſt, *Quod omnis probus liber*: *Has* (patrias nimirum leges) *ediſcunt & alio tempore, ſed præcipue recurrente die ſeptimo, quem ſacratum exiſtimant, feriunturque tunc ab omnibus aliis negotiis. Quoties ſacras ædes, quas Synagogas vocant, adeunt, pro ætatis ordine juniores ad ſeniorum pedes conſidunt, & ad audiendum ſe componunt: ibi alius ex libro prælegit: alius, quiſpiam unus e peritioribus accedens, quæ obſcura ſunt, explicat.*

it. Conſtitutionum etiam Apoſtolicarum
tor, de Ritu, qui in Eccleſia Apoſtolo-
temporibus maxime vigebat agens in lib.
ap. 54. hæc habet: *Poſt Lectionem, & Can-*
Pſalmorum, ac poſt Doctrinam de Scripturis,
Diaconus, &c. Per Lectionem intelligens
olarum & Evangelii recitationem, per Do-
am autem Concionem, ut demonſtratum
ap. IV. Apud eumdem in lib. 8. cap. 5.
tius ita ſcriptum legas: *Poſt lectionem Legis,*
Prophetarum, & Epiſtolarum noſtrarum, &
rum, atque Evangeliorum, ſalutat Eccleſiam
natus, dicens, Gratia Domini Jeſu Chriſti,
aritas Dei Patris, & Communicatio Spi-
s Sancti cum omnibus vobis, *& omnes re-*
deant, Et cum Spiritu tuo, *& poſt ſaluta-*
em alloquantur populum Sermone hortatorio. Id
m quoque nos docet beatiſſimus Martyr
inus extrema ad Antoninum Pium Apologia,
inquiens: *Die, qui Solis dicitur, omnes, qui*
gris vel oppidis morantur, unum in locum con-
unt; commentariaque Apoſtolorum, vel Prophe-
m ſcripta leguntur, quamdiu hora patitur: de-
ubi is, qui legit, deſtitit, is, qui præeſt, ad-
et & hortatur, ut ea, quæ lecta ſunt, bona
emur. Tertullianus etiam exprimit non ob.
e eamdem conſuetudinem in Apologetic i
39. *Cogimur ad Literarum Divinarum com-*
*oratione*m, *ſi quid præſentium temporum qua-*
aut præmonere cogit, aut recognoſcere; certe

fidem ſanctis vocibus paſcimus: ſpem erigimus duciam figimus, diſciplinam præceptorum nibi nus inculcationibus denſamus; ibidem etiam e tationes, & cenſura divina. Quo loco Divin commemorationem Literarum nominans T lianus ſignat certe Sacram Lectionem, ſeu tationem; cum autem præmonitiones, ſanct ces, præceptorum inculcationes, exhortati & caſtigationes dicit, Sermonem intelligit Concionem; cujus nimirum ſcopus is eſt, monere, exhortari, moreſque formare ac gere. Sed longum nimis eſſet, ſingula Eccle corum Auctorum hac de re teſtimonia proſ mihi præcipua antiquiorum delibaſſe ſatis Plura ſi quis deſideret, legat Baſilii, Chryſoſt Ambroſii, Auguſtini, Chryſologi, Leonis, gorii Magni, & aliorum Eccleſiæ Patrum Se nes, in quibus fons eſt, unde rerum talium c abunde ſitim expleant. Tantum adſcribam hac veteri conſuetudine illud invectum in E ſiam, ut intra Miſſarum ſolemnia proxime recitatum Evangelium Concio habeatur: (q re infra lib. III.) Extra vero Miſſæ tempu adhuc extare ejuſdem veſtigium, ut pro le ne prolixa, quam olim Concioni præmitti mus, conſueverint ſacri Concionatores br aliquem e Sacris Voluminibus locum, tam ipſius Concionis argumentum, vel memorit de Codice recitare.

CAPUT XVI.

Idemne eſſet olim, an alius, qui Sacra Volumina legeret, & qui tractaret ſeu explicaret. Concionaturi, ſuggeſtum aſcendentes, ſacrum plerumque Codicem in manibus habebant; quem aut ipſo Concionis initio, ad indicandum, quem potiſſimum Scripturæ locum explicandum ſuſcepiſſent, legerent; aut longius etiam provecti, prout ſeſe vel dicendi vel legendi occaſio dabat, nunc deponerent, nunc iterum ſumerent.

CUm lectum ſemper aliquid e Scriptura Sacra, proxime ante Concionem, expoſuerim, forſitan hoc loco quærat aliquis, idemne eſſet, an alius, qui Sacra Volumina legeret, & qui tractaret ſeu explicaret. Et eumdem quidem fuiſſe dices, ſi ad Eſdræ libri II. caput 8. reſpicias, in quo idem omnino & legit, & lecta explicat. Chriſtus quoque Dominus Lucæ capite IV. & legit & explanavit Iſaiæ locum. Item ſpectes Actuum caput XIII. ſecus eſſe pronunciabis. Etenim Paulus & Barnabas tunc fuerunt ad loquendum invitati a Principibus Sy-

nagogæ, cum jam ſatis ab alio lectum eſſet d
Lege & Prophetis. Præterea Philo Judæus & Ju
ſtinus Martyr locis nuper citatis, prælegiſſe a
lium, alium obſcura explicaſſe, diſertis verbi
tradunt.

Sed nullo negotio propoſitæ quæſtioni ſatis
faciet, qui tempora, quibus habebantur Con
ciones, ſcite diſtinguet. Concio (quemadmo
dum ſuo loco patebit) & intra Miſſarum ſolem
nia & extra Miſſæ tempus conſuevit olim ha
beri. Si eam nunc conſideremus Concionem
quæ inter ipſa Miſſarum ſolemnia habebatur
alius certe erat a Tractatore Lector, ſi vero d
illa quæramus, quæ ſolebat extra Miſſæ tem
pus haberi, tunc eumdem & legiſſe, & lect
tractaſſe, pronunciandum videtur. Ac de prior
quidem nihil eſt, quare quiſquam dubitet, cu
illud nobis apertiſſime declarent Auguſtinus &
Chryſoſtomus: dicit enim ille in Sermone 25
de Tempore, hoc modo: *Lectiones ſanctas, pl
res, cum recitarentur, audivimus, & de his opo
tet dicere, quod Dominus fuerit donare dignatus
ſed Lectionum omnis Auditor, quod recentius l
ctum eſt, magis meminit, &, ut inde aliquid
Tractatore dicatur, expectat. Cum ergo in nil
mum ſit Sanctum Evangelium recitatum, non d
bito expectare caritatem veſtram, ut de iſta vine
& de conductis, & de mercede denarii aliqu
audiatis.* Et Sermone 30. de verbis Apoſtoli
De Divinis Lectionibus, quod Dominus admone
digna-

tur, intenti audite, Fratres: illo dante; me trante, primam Lectionem audivimus Apoſtoli lis ſermo & omni acceptione dignus, *&c. de Apoſtolica Lectione percepimus. Deinde vimus Pſalmum, exhortantes nos invicem, una , uno corde dicentes*, Venite adoremus, *Poſt hæc Evangelica Lectio, decem Leproſos latos, oſtendit*, &c. *Has tres Lectiones, quan- pro tempore poſſumus, pertractemus, dicentes de ſingulis*. Chryſoſtomus vero in Sermo- cui titulus eſt, *Carnis concupiſcentias ne ſe- ur, quæ generant mortem*, ita ſcriptum re- it: *Dic mihi, quis hodierno die vel Propheta, Apoſtolus prælectus eſt? aut quibus de rebus feci? nihil habes quod reſpondeas, utpote ille ad quem ſomniantem verba ſunt facta*. Sed oc ita eſſe credam, faciunt in primis illa a, quæ paſſim in Sanctorum Patrum Ser- ibus ac Homiliis leguntur: *Sanctum Evan- m, cum legeretur, audivimus. Ut verba San- vangelii capitulum, quod modo, cum legere- audivimus, Sicut audivimus, cum Sanctum gelium legeretur. Quod lectum eſt modo de Evangelio*. Et ea: *Mox ut hoc verbum ſo- Lectoris. Ad hæc propoſita nobis divinitus ex ectoris. Sicut audiſtis pronunciare Lectorem. me propemodum paulo ante Evangelii Lector ura liberavit. Statim audito Lectore. Le- aſcendit. Hæc cum audiſtis perſonante Lecto-* Et ſexcenta ejuſmodi, quæ alium omnino

fuiſſe a Tractatore Lectorem aperte demon ſtrant.

Hic tamen admonuerim, non repugnare, quo minus intra ipſa etiam Miſſarum ſolemnia pe culiarem aliquem ejuſdem jam recitatæ, ſiv Apoſtolicæ, ſive Evangelicæ, Lectionis locu Concionator ipſe initio Concionis repeteret nimirum vel ad renovandam Auditorum memo riam, vel ad oſtendendum, quem potiſſimu ex tota lectione locum in Concione tractandu ſelegiſſet. Id quod haud obſcure ſignifica videntur Origenes, Ambroſius, Chryſoſtomu & Gregorius; ut ceteros Patres mittamus, cu ſelectam brevemque Sacri Textus partem ip Homiliarum initio plerumque recitant, addun que ea verba, *Et reliqua*, quibus nimirum ind cant, ex tota ea lectione, quam Lector pronu ciaverat, ſe brevem illum, quam tractarent, l cum ſelegiſſe.

Extra vero Miſſæ tempus, (ut alteram r in quæſtionem vocatæ partem diſſolvamus) a ſemper aut plerumque legebat idem, qui exp cabat. Adducor, ut ita exiſtimem, Chryſ ſtomi verbis ex Homilia, quam, cum Presby eſſet deſignatus, habuit, quæ ſic habentur *Ceterum, ut vobis, quod dico, fiat evidentius, i ſum Pſalmum ab initio vobis prælegemus*, Laud Dominum de cælis, &c. Atque etiam ex A guſtini Sermone 45. de Diverſis, ita ſcribe *Jam quæ ſit iſta mulier, me proloquente, audiſti videte*

e etiam, ut me legente, agnoſcatis. Et
ione 121. *Sed ex ipſo Codice audite: pro-
a enim non tantum Diſputatoris, ſed etiam Le-
r fungor officio, ut ſermo iſte noſter Sancta-
Scripturarum auctoritate fulciatur, non huma-
iſpicionibus ſuper arenam ædificetur, ſi forte
iid non memoriter occurrerit. Audite ergo E-
elium ſecundum Joannem*, Amen, Amen
vobis, *&c.* Planiſſime autem omnino hoc
m ex eo licet intelligi, quod conſueverunt
i Tractatores, ſuggeſtum aſcendentes, ſa-
n Codicem in manibus habere; quem ſcili-
vel legerent ipſo Concionis initio, ad indi-
lum qua de re eſſent verba facturi; vel
m longius provecti, prout ſeſe dicendi aut
ndi occaſio dabat, nunc iterum ſumerent le-
dum.

ıc ne quid non idoneis probatum teſtimo-
afferamus, ea quæſo expende. *Hoc lectum*
(ait Auguſtinus Tractatu 15. in Joannis Evan-
um) *& hanc lectionem tractandam ſuſcepimus:
ámus in manibus, quod Dominus Jeſus ad
um Jacob loquebatur cum Samaritana mu-
e.* Tractatu 35. *Sentio veſtros affectus attolli
um in ſuperna, ſed corpus, quod corrumpitur,
avat animam, & deprimit terrena inhabitatio
um multa cogitantem: depoſiturus ſum & ego
icem iſtum, diſceſſuri eſtis & vos.* Tractatu
*Quare iſta dixi? Forte enim poſt hæc verba
quam mihi juſte dicat: Pone ergo Codicem,*

quod excedit menſuram tuam. Quid ſumis in manum tuam? Tractatu 40. *De Sancto Evangelio ſecundum Joannem, quod geſtare nos videtis in manibus, jam multa audivit caritas veſtra.* Tractatu 45. *Legamus ergo: Quia venturus eſt,* &c. *ad ea verba, in quibus nobis aliqua, quæ dixit, dignetur exponere.* Et Expoſitione 2. in Pſalmum 21. *Quod ſi mihi aliquis dicat, O ſtulte, quid interrogas? Codicem portas; legamus igitur, quod modo dictum eſt: ibi habes, unde emit; ibi quære, quid emit.* Et paulo poſt: *Si eſt adhuc, quod dicant, neſcio; litigent cum Scripturis, non nobiſcum. Ecce Codex ipſe, contra illum certent.* Et Sermone 14. de verbis Apoſtoli: *Rogo vos, ut paululum acquieſcatis. Lego tantum, Sanctus Cyprianus eſt, quem in manus ſumpſi, antiquus Epiſcopus ſedis hujus: quid ſenſerit de baptiſmo parvulorum, imo quid ſemper Eccleſiam ſenſiſſe monſtraverit, paululum accipite.* Et mox: *Ad hoc ergo legi Sanctum Cyprianum, ut videatis, quo modo ſit intellectus Canonicus.* Sermone demum 45. de Diverſis: *Hoc, quod geſtamus in manibus, Scriptura ſcilicet, quam videtis, commendat nobis inquirendam & laudandam mulierem quamdam, de qua paulo ante, cum legeretur, audiſtis.* Et ſtatim: *De hac, ſecundum lectionis tenorem, quam me portare conſpicitis, pauca pro tempore, quæ Dominus ſuggeſſerit, dicam.* Omnia hæc igitur Auguſtini teſtimonia, ſolitos olim Concionatores, ſuggeſtum aſcendentes, Codicem Sacrum

in

in manibus habere, quem, data legendi vel dicendi occaſione, modo deponerent, modo rurſus ſumerent, ſatis fidem faciunt: convincunt etiam (id quod ſecundo loco probandum poſueram) extra Miſſæ tempus plerumque fuiſſe eumdem & Lectorem, & Tractatorem.

CAPUT XVII.

Pro communi ac determinata, alicujus diei Lectione, ſive Apoſtolica, ſive Evangelica, ſeligebatur aliquando peculiaris aliqua, & tempori maxime congruens particula, quam tractandam ſuſciperent Concionatores.

VEre nos hæc quidem hactenus: verumtamen ſi quis dixerit, pro communi ac determinata alicujus diei, ſive ex Evangelio, ſive ex Apoſtolo, lectione, feciſſe aliquando Concionatores, ut peculiaris aliqua lectio fieret, quæ eſſet congruens & accommodata ei argumento, quod ipſi tractandum ſuſcepiſſent; non is, mea quidem ſententia, a vero longe abibit. Etenim apud Auguſtinum in Serm. 121. de Diverſis ita ſcriptum invenias: *In memoria retinentes pollicitationem noſtram, congruas etiam ex Evangelio & Apoſtolo fecimus recitari Lectiones.* Et in Sermone 3. de verbis Domini ſecundum Matthæum ait:

ait; *Heſterno die qui adfuiſtis, promiſſionem noſtram tenetis, quæ hodie non ſolis vobis, ſed pluribus etiam, qui convenerunt, Domino adjuvante, reddenda eſt. Quæ ſint decem Virgines, quarum ſint quinque prudentes, & quinque ſtultæ, non facile indagari poteſt. Verumtamen ſecundum ea, quæ continet ipſa Lectio, quam caritati veſtræ etiam hodie volui recitari*, &c. Et in Tractatu 12. in Joannis Evangelium: *Meminit caritas veſtra, Dominico præterito, quantum Dominus adjuvare dignatus eſt, diſſeruiſſe nos de ſpirituali regeneratione; quam Lectionem vobis iterum legi fecimus, ut quæ tunc non dicta ſunt, in Chriſti nomine, adjuvantibus orationibus veſtris, impleamus.* Chryſologus etiam hoc eleganter expreſſit in Serm. 66. *Duas hodie a duobus Evangeliſtis editas ita recitari fecimus Lectiones, ut ſermoni noſtro veſter intellectus occurreret, paterent abdita*, &c. Et in Sermone 118. *Quoniam tota ſpes fidei Chriſtianæ in reſurrectione conſtituta eſt mortuorum, ne quiſquam de ea auſus ſit dubitare, beati Pauli afferentis eam auctoritatem, rebus, exemplis, latiſſimam recitari vobis fecimus Lectionem.*

CAPUT XVIII.

Quod Lectori Codicem fortuito aperienti primum occurriſſet, aliquando extemporalis Concionis argumentum.

HOc loco venit mihi in mentem quiddam, a re propoſita minime alienum, quod præterire tacitus nequaquam debeo. Recitatum ſcilicet id etiam aliquando proxime ante Concionem, quod aperienti Codicem Lectori occurriſſet primum, ſeque fortuito legendum obtuliſſet; ex qua deinde lectione dicendi argumentum ſumeret Concionator. Hujus rei Auguſtinum in Homilia 27. Libri 50. Homiliarum certiſſimum teſtem invenimus, cujus verba ea ſunt: *Aliquid de pœnitentia dicere divinitus jubemur; neque olim nos iſtum Pſalmum cantandum Lectori imperavimus, ſed quod Deus cenſuit vobis utile ad audiendum, hoc cordi etiam puerili imperavit.* Extat & huic loco valde conſimilis alius ejuſdem Auguſtini in Sermone 63. de verbis Domini in Evangelium Joannis, quem hoc libentius recitabo, quod ex altero aptius alter exponetur; ait autem: *Evangelica lectio propoſuit nobis, unde loquamur ad caritatem veſtram, tamquam Domini imperio; & vere Domini imperio. Ab illo enim expectavit cor meum tamquam juſſionem proferendi Sermonis; ut hinc*

eum

eum intelligerem loqui me velle, quod recitari ipſe voluiſſet. Sed plura in hunc locum congerere, minime quidem in præſentia neceſſarium ducimus: hæc enim res eadem poſterius, cum de Concionibus ex tempore dictis agemus, diluci-de magis patebit.

CAPUT XIX.

Sanctorum Martyrum Paſſiones, cum anniverſarii eorum dies in Eccleſia celebrarentur, ante Concionem publice recitatæ. Ex hoc fonte manavit conſuetudo recitandæ in Choro quotidie ex Martyrologio Lectionis. Chriſti quoque Domini Paſſio, proxime antequam de ea Concio haberetur, lecta quidem, ſed ex Matthæi dumtaxat Evangelio, in Africana ſaltem Eccleſia.

DE hac Concioni prævia Lectione illud etiam meo judicio reſtat, in quod paululum conſideratio propter utilitatem intendatur, recitata fuiſſe proxime ante Concionem Sanctorum Martyrum certamina, paſſiones, ac triumphos, tunc ſcilicet, cum anniverſarii eorum dies in Eccleſia celebrarentur. Idem beatiſſimus vir Auguſtinus moris hujuſmodi non uno in loco firmiſ-

missimum dat testimonium; cujus verba ad faciendam fidem apponam ex Sermone 12. de Sanctis: *In Passionem, quæ nobis hodie recitata est, Fratres mei, evidenter ostenditur Judex ferox, Tortor cruentus, Martyr invictus,* &c. Sermone 9. de Tempore: *Magnum & multum mirandum spectaculum noster animus cepit, nec inanissimam & pernicioſissimam, sicut solet in theatris quarumcumque nugarum, sed plane utilissimam & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus, cum beati Vincentii gloriosa Passio legeretur.* Sermone 45. de Diversis: *De qua muliere volumus aliquid dicere; Ecclesia est; non enim licet nobis loqui de quacumque alia muliere; quamquam & recitatione Passionis Martyrum audivimus feminas; de quibus decenter loquamur.* Sermone 63. *Carnales spectant, miseros putantes eos Martyres, qui bestiis subjecti sunt, qui capite cæsi, qui ignibus concremati, detestantes eos & exhorrentes. Alii vero sicut & sancti Angeli spectant, non attendentes corporum laniatus, sed mirantes fidei integritatem. Magnum spectaculum præbet oculis cordis integer animus corpore dissipato. Hæc vos, cum in Ecclesia leguntur, libenter spectatis oculis cordis: si enim nihil spectaretis, nihil audiretis.* Sermone 93. *Cum aliorum Martyrum vix gesta inveniamus, quæ in solemnitatibus eorum recitare possimus, hujus* (Sancti Stephani) *Passio in Canonico libro est.* Sermone 101. *Audistis persequentium interrogationes, audistis confitentium responsiones, cum Sanctorum*

rum Paſſio legeretur. Inter cetera, quale erat illud beati Fructuoſi Epiſcopi? Et non multo poſt: *Beati, quorum Paſſio recitata eſt. Beata Agnes ſancta, cujus Paſſionis hodiernus eſt dies.* Sermone 103. *Hodiernus dies anniverſaria replicatione nobis in memoriam revocat, & quodammodo repræſentat diem, quo ſanctæ famulæ Dei Perpetua & Felicitas coronis martyrii decoratæ, perpetua felicitate floruerunt; tenentes nomen Chriſti in prælio, & ſimul invenientes etiam ſuum nomen in præmio. Exhortationes earum in divinis revelationibus triumphoſque Paſſionum, cum legerentur, audivimus: eaque omnia verborum digeſta & illuſtrata luminibus aure percepimus, mente ſperavimus, religione honoravimus, caritate laudavimus: debetur tamen etiam a nobis tam devotæ celebritati Sermo ſolemnis.* Sermone 105. *Hæc de vocabulis Martyrum, quibus conſecratus eſt dies, pro tempore pauca ſuffecerint. Quod autem attinet ad iſtas, quarum ſunt iſta vocabula, ſicut audivimus, cum earum Paſſio legeretur, ſicut memoriæ traditum novimus.* Denique in Sermone 109. *Iſtum diem nobis ſolemnem gloria Maccabæorum fecit; quorum mirabiles Paſſiones, cum legerentur, non ſolum audivimus, ſed etiam vidimus & ſpectavimus.* Magnus quoque Leo in Sermone de Sanctis ſeptem fratribus Maccabæis, ſicuti Auguſtinus, conſuetudinem hanc non obſcure deſignavit, cum dicit: *Cauſam ſolemnitatis hodiernæ, Dilectiſſimi, pleniſſime Sacræ Hiſtoriæ lectione didiciſtis: nec latere*

vos

vos potuit, quem in tanto rerum geſtarum ordine exceperitis auditum, cum glorioſam ſeptem Martyrum matrem exultanti & non tacita honorantis affectu in ſingulis quidem filiis paſſam, ſed in omnibus coronatam. Iſta quidem ſunt Auguſtini & Leonis teſtimonia, ex quibus recitatas olim a Lectore Martyrum Paſſiones proxime ante Concionem manifeſte tamquam oculis cernimus.

Ex hac porro conſuetudine ſi quis invectum in Eccleſiam dicet morem illum, quem nunc paſſim uſurpari videmus, recitandæ in Choro quotidie ex Martyrologio Lectionis, is meo quidem animo vere judicabit; nititur enim ea res credibili ac perſpicua prorſus conjectura.

Addam autem illud, priusquam hinc abeo, ipſius etiam Chriſti Domini noſtri Paſſionem, proxime antequam de ea Concio haberetur, recitari conſueviſſe. Poſſem equidem non paucorum Patrum teſtimoniis hanc conſuetudinem confirmare; ſed nunc locum unum atque alterum ex eodem Magno Leone appoſuiſſe ſufficiet. *Sacratiſſimum Dominicæ Paſſionis diem, quam Dominus Jeſus Dei filius pro humani generis ſalute ſuſcepit, & ſicut promiſit, omnia ad ſe exaltatus attraxit, tam plane ac lucide Evangelicus ſermo reſeravit, ut religioſis & piis cordibus non aliud ſit audiſſe, quæ lecta ſunt, quam vidiſſe, quæ geſta ſunt. Unde, cum indubitabilem obtineat auctoritatem ſacra narratio, annitendum nobis eſt, auxiliante Domino, ut perſpicuum habeat intelli-*

gen-

gentia, quod notum fecit Hiſtoria. Hæc quidem Leo ex primo de Paſſione Domini Sermone. Eadem variatis paululum verbis, ex 19. Sermone: *Sacram, Dilectiſſimi, Dominica Paſſionis Hiſtoriam, Evangelica, ut moris eſt, narratione decurſam, ita omnium veſtrum arbitror inhæſiſſe pectoribus, ut unicuique audientium, ipſa lectio, quædam facta ſit viſio. Habet enim hanc potentiam fides vera,* &c.

Atque hoc quidem loci non queo mihi temperare, quin illud quoque in tranſitu admoneam, Chriſti Domini Paſſionem, quam ante Concionem publice legi ſolitam diximus, ex Matthæi dumtaxat Evangelio, in Africana ſaltem Eccleſia, ſolitam recitari. Id quod ita ſe habere, beati Auguſtini Sermone 144. de tempore verba hæc aperte declarant: *Reſurrectio Domini noſtri Jeſu Chriſti & hodie recitata eſt, ſed de altero libro Evangelii, qui eſt ſecundum Lucam. Primo enim lecta eſt ſecundum Matthæum, heſterna autem die ſecundum Marcum, hodie ſecundum Lucam. Sic habet ordo Evangeliſtarum. Sicut enim Paſſio ipſius ab omnibus Evangeliſtis conſcripta eſt, ſic dies iſti ſeptem vel octo durant ſpatium, ut ſecundum omnes Evangeliſtas Reſurrectio Domini recitetur. Paſſio autem, quia uno die legitur, non ſolet legi, niſi ſecundum Matthæum. Volueram aliquando, ut per ſingulos annos ſecundum omnes Evangeliſtas etiam Paſſio legeretur: factum eſt: non audierunt homines, quod conſueverunt, & perturbati*

ſunt. Hactenus ex Auguſtino, qui certe
:, quam propoſui, nihil dubitationis relin-
; cum eo in loco fateatur aperte, induce-
: quidem voluiſſe in Eccleſiam ſuam, ut
nadmodum Dominica Reſurrectio, ita &
ɔ, ex omnibus Evangeliſtis legeretur: ſed
me id a populo acceptum; vel ſi ſemel ac-
tum, ægre omnino factum, & nequaquam
a retentum. Simul autem & illud elucet
ɔc Auguſtini loco, Chriſti Domini Reſur-
ɔnem ex omnibus quatuor Evangeliſtis ſo-
ı ſingulis annis publice legi: quod idem
ıicitur etiam manifeſtius ex ejuſdem Augu-
Sermone 146. de Tempore hæc ſcribentis:
:rno die jam ecce tertio audivimus ex Evan-
Domini noſtri Reſurrectionem, quemadmodum
obis locutum eſſe meminiſtis: quoniam hoc mo-
t, ut ſecundum omnes Evangeliſtas Reſurrectio
ni recitetur.

CAPUT XX.

Concionis argumentum aliquando Auditoribus indicatum plerumque ipso Concionis initio: aliquando etiam multis ante diebus. Illud etiam nonnumquam multo ante significatum, qui potissimum Scripturæ locus esset pro Concione tractandus.

LECTUM semper aliquid ante Concionem e Scriptura Sacra, unde Concionis argumentum esset erutum, jam satis ostendimus. Dicemus nunc, ipsummet Concionis argumentum Auditoribus plerumque indicatum seu propositum. Auctorem habeo beatum Joannem Chrysostomum Concione 3. de Lazaro, cujus ipsa verba subjicio: *Proinde ne vobis, quod traditum fuerit, effluat; non semel vobis inclinavimus doctrinæ poculum, sed in dies aliquot partiti sumus, passi vos interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quo simul & ea, quæ deposuimus, sic infigantur animo caritatis vestræ, ut excidere non possint, & ea, quæ dicentur, sedatis ac vegetis mentibus excipiatis. Eoque crebro vobis prædicimus multis ante diebus argumentum, de quo sumus locuturi, ut his in medio diebus sumpto libro, per-*

pen-

ienſaque rei ſumma tota, poſteaquam intellexeris, quid dictum ſit, quid reſtet dicendum, mentem veſtram inſtructiorem reddatis ad audienda, quæ poſt diſſerentur. Hactenus Chryſoſtomus, qui, dum prævia argumenti cognitione inſtructiores reddi Auditores affirmat, ad ea, quæ poſt dicenda ſunt, deſignat utique rationem, ob quam ſoleret ipſe multis ante diebus argumentum, de quo eſſet locuturus, Auditoribus ſæpenumero ſignificare.

Ac ne quid prætermittamus ex iis, quæ huc apte poſſunt revocari, doceamus illud etiam, fuiſſe nonnumquam multo ante cognitum Auditoribus, quem Scripturæ locum pro Concione tractare vellet Concionator. Cujus rei idoneus teſtis eſt ac locuples idem beatus Chryſoſtomus Homilia 10. in caput 1. Evangelii ſecundum Joannem, cum ait: *Quid igitur a vobis contendimus? Ut una dierum in Sabbato, vel iterum in Sabbato curæ vobis ſit, Evangelicas legere lectiones, quas ante has Conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter ſenſum diſquirere; quid clarum, quid obſcurum in his ſit, adnotare velitis; quid pugnare videatur, cum non pugnet: ita omnibus penitus examinatis, iis vos Concionibus quam attentiſſimos exhibeatis.* Rurſuſque Homilia 1. in caput 1. Matthæi: *Ut autem facilior ſit iſte ad intelligendum liber, rogamus ac hortamur, quod in aliis quoque Scripturis facere conſuevimus, ut præveniatis animo, atque*

que volvatis eum, qui a nobis elucidandus eſt locus; ut intellectui lectio viam parans, quod etiam in Eunucho illo factum eſt, multam nobis conferat facultatem dicendi, &c.

CAPUT XXI.

Proœmia, olim etiam, ſacris Concionibus ſæpenumero adhibita. Eorum cauſſa, & neceſſitas.

HOc loco Concionum Proœmia ad ſe non immerito vocant. Atque iis quidem uſos olim Concionatores, & nos paſſim videmus in eorum Homiliis ac Sermonibus, & teſtatur diſertis verbis Chryſoſtomus in ea Homilia, quæ ita inſcribitur, *De ferendis reprehenſionibus, & de converſione Pauli*; *Reprehenderunt nos amicorum quidam, quod productiora Sermonum initia faciamus*. Et paulo poſt: *Serviunt nobis in hoc Proœmia, ut Auditores de dicendis per compendium inſtruantur, & manifeſtior tradatur doctrina: fateor enim, non opus Proœmiis, neque inſtructionibus, his, qui ſemper Scripturis vacant, neque aliis occupationibus diſtrahuntur; ſtatim enim, audito Lectore, dictorum mentem accipiunt: qui autem bonam temporis partem ſecularibus negotiis impendunt, & rarius hic comparent, niſi Proœmia audiant, & inſtructi intelligant, quæ Sermonem illum præcedant,*

lant, abſque lucro hinc abeunt. Non eſt autem hæc ſola nobis Proœmiorum cauſſa, ſed & alia non minor, quam iſta. In tanta multitudine ſunt alii qui adveniunt, alii qui ſæpe non adveniunt; & neceſſe eſt, ut laudentur præſentes, arguantur abſentes, ut illi quidem laudibus ſtudioſiores evadant, hi autem reprehenſi ignaviam abjiciant. Eſt & alius uſus Proœmiorum, incidimus enim ſæpe in longiora argumenta, quæ uno die ad finem perduci nequeunt; & interdum duobus, vel tribus diebus, ut recte explicentur, opus habent; unde tunc opus eſt die ſecundo finem Doctrinæ prioris repetere, ut, dum principio finis congruit, ſermo cohæreat, Auditoribusque minus ſit obſcurus. Et ut diſcas Sermonem abſque Proœmiis valde obſcurari, ecce exempli gratia, &c. Ex quo Chryſoſtomi loco non modo intelligimus, quibus de cauſis Proœmia adhiberent ſacri olim Concionatores, verum etiam quibuſnam Auditoribus ea eſſent neceſſaria. Sed eorumdem neceſſitatem declarat iterum Chryſoſtomus ibidem non multo poſt, iis verbis: *Proinde ſicut corpus capite, arbor radice, & flumen fonte indiget, ita & Sermo Proœmiis,* &c.

CA-

CAPUT XXII.

Concionum initium fecerunt nonnumquam ve teres Patres ab iis verbis, Benedictus Deus *tunc ſcilicet, cum vel adverſi caſus impen debant aut premebant, vel depulſus ceſſera jam malorum metus. Hujuſce conſuetudin cauſſam dedit beatiſſimus Job.*

A Concionum initio non ante diſcedam quam illud præterea monuerim, conſu viſſe aliquando veteres Patres, ſaltem Conci natorum exemplar Chryſoſtomum, ſuas ad p pulum Allocutiones ab iis verbis, *Benedict Deus*, exordiri, cum vel adverſi caſus impe derent aut premerent, vel ceſſiſſet jam mal rum metus. Si quis autem piæ hujus conſu tudinis originem a beatiſſimo Job, tamquam capite, ducendam conjecerit, ne illum be conjeciſſe crediderim: eam certe beatus Joa nes Chryſoſtomus Job uni acceptam eam r fert, Chryſoſtomi verba id exprimentia ſu hujuſmodi in Homilia poſt ſuum prioris exil reditum: *Quid dicam? quid loquar? Benedict Deus. Hunc egrediens dixi ſermonem, hunc it ravi revertens, & illic conſtitutus hunc in ore vo vebam. Puto vos meminiſſe, cum ante hoc be*

tum

Job adduxiſſem in medium dicentem, Sit men Domini benedictum. *Hanc vobis Hiſto- n dereliqui, has gratiarum actiones iterabo re- ſſus, Sit nomen Domini benedictum*, &c. Quem- nodum igitur beatiſſimum Job, ut in ſecun- rebus, ſic in adverſis, eam ſemper verbo- n formulam, *Sit nomen Domini benedictum*, rpaſſe Sacra teſtantur Volumina, ita beatum ryſoſtomum tunc in concionando ab iis ver- , *Benedictus Deus*, exordiri conſueviſſe ob- vo, cum nimirum vel adverſi caſus impen- bant aut premebant, vel evaſerat jam ipſe iis atque emerſerat. Ac ne mihi adfirman- fidem qui abroget, ſubjungam ipſos Chryſo- mi locos id aperte ſignificantes. Chryſoſto- is Homilia IV. ad populum Antiochenum uæ ita inſcripta eſt, *Exhortatio ad populum patientia ac tolerantia, ob impendentem videli- ac prementem calamitatem.*) ait: *Benedictus us, qui dolentes animas veſtras conſolatus eſt, vacillantes mentes confirmavit: quod enim con- tam ceperitis conſolationem, per ſtudium hoc & liendi promptitudinem demonſtraſtis: non enim ur, animam dolentem & triſtitiæ nube preſſam ſe, quæ dicuntur, cum promptitudine audire: r autem video cum multa benevolentia & acri ſtu- nobis attendentes, omnibus triſtibus excuſſis, & liendi deſiderio inſtantem anguſtiam repuliſſe: pterea Deo vobiſcum gratias ago, quod diſcipli- m noſtram miſeria non redarguit, non rigorem*

noſtrum timor remiſit, nec alacritatem veſtram ex tinxit tribulatio, nec labefecit zelum veſtrum per culi magnitudo, nec ſuperavit in Deum deſiderium hominum timor, nec ſtudium veſtrum temporis in quitas dejecit.

Mali autem mole jam depulſa illud idem Cor cionum initium uſurpaſſe Chryſoſtomum, ma nifeſte declarat ipſemet non ſemel neque un in loco, veluti Homilia 12. ad Populum An tiochenum; ubi ait: *Cum præteritam tempeſta tem, & præſentem cogito tranquillitatem, non de ſino dicere, Benedictus Deus, qui facit omnia c ipſa tranſmutat, qui fecit lucem de tenebris, qu deducit ad portas inferi & reducit, qui caſtigat e non mortificat. Et hoc vos continue dicere volo nec deſiſtere: ſi enim ipſe vobis operibus bene feci qua nos venia digni eſſe poſſemus, ne verbis qu dem ipſum remunerantes? Propterea exhortor vos numquam ceſſare ipſi gratias agere. Si enim pr primis grati fuerimus, certum quod & aliis maj ribus potiemur. Dicamus igitur continue, Benedi ctus Deus, qui & ſolitam nobis dedit cum fiduc vobis menſam apponere, & vobis præbuit ſecu noſtros audire ſermones. Benedictus Deus, qu niam non amplius exteriora fugientes pericula, ſ audire optantes, huc concurrimus, non amplius cu anxietate & tremore & ſollicitudinibus inter n convenimus, ſed cum fiducia omnem excutientes t morem, quo per ſuperiores dies fluctuantibus in m dio mari, & naufragium per ſingulas horas exp*

ctanti-

ıtibus nihilo melius nos habebamus. Infinitis to-die rumoribus pulſati, turbati, & undique cir-nacti, & ſingulis ſatagentes diebus, & curioſe citantes, Quis venit e caſtris? Quid vero ve-ns nunciavit? Numquid verum an falſum, quod tur? & noctes ſine ſomno tranſigentes, & civi-em reſpicientes cum lacrymis, tamquam mox pe-tram. Propterea & nos ſuperiores hos dies ta-mus, omnis civitas noſtra erat exhauſta, & om-in ſolitudines tranſmigraverant, & reſidui triſti-nube caligaverant. Et Homilia 12. *Et heri i, Benedictus Deus, & hodie hoc ipſum rurſum am: etſi enim gravia præterierunt, tamen gra-m memoria ne prætereat; non ut doleamus, ſed gratias agamus. Si enim malorum memoria nſerit, malorum experientia numquam urgebit. id enim experientia opus eſt, cum memoria nos rigat? Sicut igitur ſubmergi nos Deus non per-ſit præſentibus procellis, ſic neque nos ipſos illis latis reſolvi ſinamus.* Enumerans autem Chry-ſomus calamitates, e quibus evaſerat populus, c mox ſubjicit: *Quis vidit, quis audivit un-am noſtris caſibus ſimilia? Quotidie civitatem no-am cum ſuis habitatoribus funditus collendam eſſe picabamur, ſed cum Diabolus [illegible] ſubmer-re ſperabat, tunc puram reddidit Deus tranquil-atem. Ne igitur obliviſcamur magnitudinis ma-um, ut beneficiorum a Deo collatorum magnitu-em recordemur: etenim morborum naturam ne-ens, Medici artem numquam ſciet, & pueris*

no-

noſtris hæc dicamus, & in mille mittamus generationes, ut omnes diſcant, quomodo Diabolus civitatem funditus delere ſtuduerit, & quomodo ipſam Deus lapſam & jacentem rurſus erigere, neve ullum fieret nocumentum, prohibere potuerit: ad hæc & timorem ſuſtulerit, & repulerit cum multa celeritate periculum, &c. *Dicamus igitur ſemper & quotidie, Benedictus Deus.* Et Homil. 13. idem aliis verbis oſtendit; ea ſunt: *Ab eodem principio & iiſdem Proœmiis, quibus heri & nudiuſtertius cœpi, & hodie incipiam, dicam & nunc, Benedictus Deus. Quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præſens? Quanta in illo obſcuritas tunc erat, quanta nunc in præſenti tranquillitas? Tremendum in civitate Tribunal illud & omnium corda conquaſſavit, & nocte fecit diem nihilo meliorem, non radiis obtenebratis, ſed triſtitia & timore oculos offuſcantibus veſtros*, &c. Et in Homilia 20. longe manifeſtius: *A verbo, a quo ſemper in periculorum tempore apud caritatem veſtram exordiri conſueveram, ab eodem, inquam, & hodie apud vos ſermonem incipiam, & dicam vobiſcum, Benedictus Deus. Hanc nos vobiſcum ſacram ſolemnitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatur, & qui caput corpori dedit, & Paſtorem ovibus, Præceptorem diſcipulis, militibus Ducem, ſacerdotibus Pontificem; Benedictus Deus, qui ex ſuperabundanti facit, quæ petimus, aut cogitamus.* Et in citata initio hujus capitis Homilia

poſt

reditum prioris exilii: *Quid dicam? quid ar, Benedictus Deus: hunc egrediens dixi Ser. em, hunc iteravi revertens, & illic conſtitu- unc in ore volvebam. Puto vos meminiſſe, ante hoc beatum Job adduxiſſem in medio di- em*, Sit nomen Domini benedictum. *Hanc is Hiſtoriam dereliqui, has gratiarum actiones abo regreſſus, Sit nomen Domini benedictum in la.* Et ſtatim: *Benedictus Deus, qui con- t exire: Benedictus Deus, qui redire præcepit: edictus Deus, qui permiſit hiemem: Benedictus is, qui diſſolvit hiemem, & fecit tranquillita- . Hæc dico admonens vos, ut ſemper benedi- s. Si evenerint mala, benedicite, & diſſol- tur mala: ſi proſpera evenerint, benedicite, & ſeverabunt proſpera. Siquidem Job, cum in ſperis eſſet, benedicebat, & cum pauper effectus, ſificabat: neque tunc ingratus fuit, neque poſtea ſphemavit. Diverſa quidem tempora, ſed una vo- tas gubernantis actum. Hoc tranquillitas reſolvit, tempeſtas hiemis demergit. Benedictus Deus, & a vobis ſum ſegregatus, & cum iterum recepi*. Quæ quidem omnia manifeſte declarant, ab verbis, *Benedictus Deus*, ſolitum Chryſoſtomum s exordiri Conciones, non modo cum immi- et aut urgeret calamitas, verum etiam cum : malorum metus jam eſſet depulſus.

C A-

CAPUT XXIII.

Preces ad Deum factæ a Concionatore inter ipſam etiam Concionem, cum nimirum difficilior locus aliquis eſſet tractandus. Ab Ethnicis hoc idem factitatum.

QUi ritus olim vel ante Concionem, vel ipſo Concionis initio ſervarentur, eos hactenus & enumeravi, & S.S. Patrum auctoritate diligenter firmavi. Mox vero quæ adjunguntur, eo pertinent, ut quid aut inter concionandum, aut ad Concionis finem, aut etiam proxime poſt fieret, declaretur. Illud igitur primo loco demonſtremus, non initio dumtaxat dicendi, quod ſupra docuimus, Chriſtianum Oratorem divinum imploraſſe auxilium, ſed longius etiam provectum, cum difficilior nimirum locus aliquis eſſet tractandus. Ethnicos quidem hoc ipſum laudabiliter factitaſſe adnotat Quintilianus in Proœmio Libri IV. ſuarum Inſtitut. Oratoriarum, iis verbis: *Nemo miretur Poetas ſæpe feciſſe, ut non ſolum initiis operum ſuorum Muſas invocarent; ſed provecti quoque longius, cum ad aliquem graviorem veniſſent locum, repeterent vota, & velut nova precatione uterentur.* Subdit autem, eamdem & ipſe retinens conſuetudinem: *Mihi quo-*

que

ie profecto poterit ignoſci, ſi nunc omnes in auxi-
um Deos, ipſumque in primis, quo neque præ-
ntius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen
t, invocem: ut quantum nobis expectationis ad-
:cit, tantum ingenii adſpiret, dexterque ac vo-
ns adſit, & me, qualem eſſe credidit, faciat.
ujus mihi religionis non hæc ſola ratio, quæ ma-
ima eſt, ſed alia, qua ſic procedit ipſum opus,
t majora præteritis, ac magis arduæ ſint, quæ in-
redior.

Beatus certe Joannes Chryſoſtomus Homilia . de Incomprehenſibili Dei natura, cum ad um locum veniſſet, in quo erat explicandum, ncomprehenſibilem utique eſſe Divinam natuam, renovans vota ad Deum, & velut nova recatione utens: *Age*, (inquit) *ad rem ipſam emonſtrandam explicandamque veniamus, ſi prius nterim oraverimus, a Deoque imploraverimus auilium, ſæpius enim orandi rationem, de qua aitur, probabit atque exponet. Invocemus itaque pſum Regem Regum, & Dominum Dominantium, ui ſolus habet immortalitatem, & lucem inacceſ. ibilem habitat, quem nullus hominum vidit, nec idere poteſt, cui eſt honor & imperium in ſempiernum, Amen.* Hactenus Chryſoſtomus, qui, lum ait ſæpius rem, de qua agitur, per Ora:ionem illuſtrari atque exponi, declarat etiam quam ob cauſam in re graviori ac difficiliori explicanda repetendæ ſint preces ad Deum, & vota renovanda. Baſilius Seleucienſis circa me-

dium

dium Orationis 39. Dei Incarnationem, Virginiſque partum explicare volens, preces ac vota renovat in hunc modum: *Quando igitur Deum incarnatum enixa Deipara dicitur, ad Deum precationis ope aſcendam, ipſumque ducem Orationis faciam. Domine omnipotens, univerſæ creaturæ Rex, qui inexplicabili quadam ratione mentes incorporales ſpiritali luce perfundis, mentem meam illumina, ut propoſita res abſque errore cognoſcatur, cognita pie dicatur, dicta ſine periculo animo capiatur.* Eligius quoque, Noviomenſis Epiſcopus, cum ad Cœnæ Dominicæ myſteria explicanda veniſſet, Homilia 4. ſic ait: *Cujus mirifica ſacramenta ut noſtra digne queat fragilitas celebrare, atque de eiſdem, licet tenuiter, ſaltem utiliter aliquid explicare; a Verbo, de cujus operibus & verbis ſalutaribus ad profectum veſtrum loqui deſideramus, nobis implorandum eſt poſſe: ergo ut hujus diei myſteria perſpicue aliquatenus, & nonnulla pro modulo noſtro valeamus effari condigne, rogamus ſupplices, dicentes cum Pſalmiſta,* Cor mundum crea in me Deus; *itemque,* Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, &c.

CA-

CAPUT XXIV.

itorum etiam preces ad Deum a Concio- ntore poſtulatæ aliquando inter concionan- um.

Eque vero ſatis habebant Concionatores, ut jam ante dixi, cum difficilior locus iis inter concionandum tractandus occurre- ſua ipſi vota repetere, & velut nova ad m precatione uti, niſi ipſorum etiam Au- rum preces ac vota aliquando poſtularent. ndant teſtimoniis veterum Patrum Homi- ex quibus hæc illuſtria maxime ſubjicien. *Magna quæſtio eſt* (inquit Auguſtinus Ser- e 11. de verbis Domini in Evangelium ıdum Matthæum) *de recenti Evangelica Le- e propoſita, cui ſolvendæ, quantum ad nos et, impares ſumus; ſed ſufficientia noſtra ex eſt, quantum ejus adjutorium vel accipere apere poſſumus. Prius ergo magnitudinem ad- ite quæſtionis, ut, cum ejus molem humeris is impoſitam videritis, oretis pro laboribus no-, atque in auxilio, quod nobis præbetur, in- atis ædificationem mentibus veſtris.* Et in Ser- ıe 38. de verbis Domini in Evangelium ſe- lum Joannem: *Attendite, adſit ipſe nobis, vantibus orationibus veſtris, & pia intentione acci-*

accipere cupientibus, quod ipſe ſuggeſſerit. Adſit nobis, ut poſſimus quoquomodo explicare quod cœpimus: tamen, Fratres, ante dico; ſi non potuero ego explicare, non rationem putetis, ſed hominem defeciſſe. Itaque vos hortor & deprecor, ut oretis, adſit miſericordia Dei, & ita rem a nobis dici faciat, ut vos audire oportet, & nos dicere. Et in ejuſdem operis libro, Sermone 63. ita ſcriptum videas: *Fecit vos per me Deus intentos. Orate pro nobis, & quaſi aperientes ſinum, donet ipſe, unde, quod aperuiſtis, impleatur. Collaborate nobiſcum: videtis enim, quid ſuſceperimus, non ſolum quid, verum etiam qui, unde volumus dicere, ubi poſiti, quomodo poſiti in corpore, quod corrumpitur & aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem.* Rurſus in Sermone 4. de verbis Apoſtoli hæc habet idem Auguſtinus: *Hanc itaque lectionem, totumque ipſum moleſtum & obſcurum, ſed intelligentibus ſalubrem Epiſtolæ Apoſtoli locum ſuſcepimus, adjuvante miſericordia Dei, exponere differendo. Caritati veſtræ debitores nos eſſe ſcio, exactores vos eſſe ſentio. Quemadmodum nos, ut iſta percipiatis, oramus; ſic & vos orate, ut ea vobis explicare valeamus. Si enim oratio noſtra concordet; & vos faciet Deus idoneos Auditores, & nos debiti hujus fideliſſimos redditores,* &c. In Sermone demum 45. de Tempore de eadem re longe dilucidius ediſſerit: *Sic ergo intendat caritas veſtra, donec, quod Dominus donaverit, dicam vobis; ut*

ubi

: *forte laborare videritis in difficultate alicu-*
curitatis, adjuvetis me affectu pietatis &c.
ılo plura hujuſce conſuetudinis ex Patrum
iis teſtimonia proferre, quod nimia eo-
ɔpia ad alia properanti lectoris faſtidio ſit:
ad alia, quæ probatione magis indigent,
ɔ.

CAPUT XXV.

Paſchatis olim dies valde controverſus. I inveſtigatio Alexandrino Epiſcopo aſſign Ille Romano eum patefaciebat, a quo verſi deinde Epiſcopi certiores reddeban Epiphaniorum *nomine, & Magorum ventus, Chriſtique Baptiſmus, & ipſe que Natalis, olim ſignabatur. Ægyptii eodemque die tres haſce feſtivitates cel bant. Epiſcopi omnes, in propria unuſ que Eccleſia, Epiphaniorum die futu Paſchalem celebritatem inter concionan Auditoribus denunciabant. Quadrage quoque initium intra Concionem denu tum. Euſebii & B. Hieronymi locus illu tus. Denunciandi Paſchatis morem M lanenſis Eccleſia hodie retinet.*

OMnium prima ſit Paſchatis Denunci de qua tamen, quantum ego video, commode dici poſſe videtur, niſi prius c

tu

tum ſit, quanta olim diſſenſione de eo celebrando ſit primis Eccleſiæ temporibus dimicatum; quidque ad eam controverſiam ſive ſedandam ſive funditus tollendam, ſtatuerint deinceps Catholici Patres. Hoc explicemus, rem totam, paulo quidem altius, ſed paucis tamen omnino ac ſummatim repetentes.

De conſtituendo Paſchalis celebritatis die pugnaciſſime ſemper in veteri Eccleſia certatum eſt. Atque hoc ex Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 5. cap. 22. 23. 24. & lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 5. 13. 16. 17. facillime quivis didicerit. In Epiſtola etiam 83. idem affirmat Ambroſius. A Socrate quoque lib. 5. cap. 21. Epiphanio Hæreſi 70. Beda in Chronico, & lib. 5. de Ratione Paſchæ. Iſidoro lib. 6. Etymolog. cap. 17. aliiſque gravibus ac certis Auctoribus id ipſum uno conſenſu comprobatur. Quare Pius Pontifex ejus nominis primus, ut excitatam comprimeret controverſiam, decrevit, in die Dominico eſſe Paſcha ab omnibus celebrandum; meminit Euſebius in Chronico ad annum Chriſti 145. Hermes item, Pii æqualis, hanc ipſam ob cauſam librum ſcripſit, in quo Paſcha nonniſi Dominico die celebrandum docet; quemadmodum Anaſtaſius Bibliothecarius in ipſius Pii Vita, & Beda in lib. de Sex Ætatibus prodidere. Victor deinde urbis Romæ Epiſcopus, Pii veſtigiis inſiſtens, eamdem Decreto ſuo renovavit Conſtitutionem, ut eſt in ejus Epiſtola ad Theophi-

lum Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopum, traditque idem Anaſtaſius in ejus Vita. Horum Pontificum Decretis favens ipſemet Theophilus Synodicam adverſus eos, qui decima quarta Luna cum Judæis Paſcha celebrabant, conſcripſit Epiſtolam, teſte Hieronymo in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum cap. 43. Oecumenicæ tamdem primæ Nicænæ Synodi Decreto firmatam hanc eamdem fuiſſe obſervationem, convincitur ex Athanaſio in lib. de Synodis, Theophilo Alexandrino in ſuis paſcalibus Epiſtolis, Euſebio de Vita Coſtantini lib. 3. cap. 13. & 17. Socrate lib. 1. cap. 6. Theodoreto lib. 1. cap. 10. & Nicephoro Calliſto lib. 8. cap. 25.

Verum, cum fieri facillime poſſet, ob diverſam temporum a diverſis initam ſupputationem, ut Paſchalis hujuſmodi feſtivitas, licet ab omnibus Dominico quidem die, non una tamen eodemque Dominico ab omnibus celebraretur, placuit eidemque ſanctiſſimæ Synodo id negotii Alexandrinis maxime Epiſcopis dare (quod eſſent Ægyptii Mathematicarum rerum ob Nili incrementa, peritiſſimi) ut, quo potiſſimum die ſingulis annis Paſcha celebrandum eſſet, diligentiſſime inveſtigarent, moxque inveſtigatum Romano Pontifici per literas patefacerent, a quo univerſi deinde totius Eccleſiæ Epiſcopi redderentur certiores. Rem ita geſtam narrat nobis beatiſſimus Pontifex Leo in Epiſtola

tola 64. ad Martianum Auguſtum ſcribens: *Paſchale feſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo ſemper mense celebrandum ſit; ita tamen eſt Lunaris curſus conditione mutabile, ut plerumque ſacratiſſima die ambigua currat electio; & ex hoc fiat plerumque quod non licet, ut non ſimul omnis Eccleſia, quod omniſi unum eſſe oportebat, obſervet: ſtuduereque ſanctos Patres* (Nicæni) *occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Epiſcopo deferentes, quoniam apud Ægyptios hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur peritia, per quam qui annis ſingulis dies prædictæ ſolemnitatis veniret, Sedi Apoſtolicæ indicaret; ut hujus ſcriti ad longinquiores Eccleſias judicium generaliter excurreret.* Hactenus Leo.

Sed ad tollendam omnem omnino hac de re diſſenſionem, ſtabiliendamque firmiter apud omnes Paſchalem hujusmodi Feſtivitatem, hoc amplius conſtitutum invenio, ut futurum proxime ujuslibet anni Paſchatis diem ab Alexandrino piſcopo hoc modo inveſtigatum, ac Romano ontifici patefactum, & ab hoc univerſis Epiſopis promulgatum, ipſi deinde Epiſcopi, in ropria unuſquiſque Eccleſia, ſacra Epiphaniorum celebritate inter concionandum audienti polo denunciarent. Atque hoc eſt, quod ipſo ujus Capitis initio probandum poſueram. Age go, ritum hunc, antiquitatis tenebris involutum, ac paucis cognitum, adhibito locuple-

tiſſimorum ac certiſſimorum Auctorum lumine illuſtrare, quantum licet, experiamur. In Concilio Aurelianenſi quarto A. D. 541. Canone 1. ita ſcriptum in hanc rem videas: *Placuit, ut ſanctum Paſcha ſecundum laterculum Victorii ab omnibus uno tempore celebretur: quæ Feſtivitas annis ſingulis ab Epiſcopo Epiphaniorum die in Eccleſiis denuncietur.* Sed dilucidius Patres in Braccarenſi Concilio ſecundo congregati A. D. 572. *Poſtquam omnia* (Canonis IX. verba ſunt) *in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata, ſuperventurum ipſius anni Paſcha, quota Calendarum die, vel quota Luna debeat ſuſcipi, a Metropolitano Epiſcopo nuncietur: quod ceteri Epiſcopi, vel reliquus Clerus breviculo ſubnotantes, unuſquiſque in ſua Eccleſia, adveniente natalis Domini die, aſtanti populo poſt Lectionem Evangelicam nunciet.*

Sed hæc, quæ modo dicta ſunt ex Synodo Braccarenſi, itidem & ex Aurelianenſi Concilio mox prolatis, & a me in ipſius Capitis ſumma ac initio poſitis, videri poſſunt repugnare: qui enim apte cohæreat Epiphaniorum dies cum natalis Domini celebritate? Verum hæc nulla eſt, quamvis aliqua eſſe primo aſpectu videatur repugnantia. Suſtuleris illam, ſi dicas, Epiphaniorum nomine priſcis Eccleſiæ temporibus non adventum modo Magorum, Chriſtique baptiſmum; ſed ipſum etiam Domini natalem fuiſſe ſignatum; quemadmodum ex Epiphanio Hæreſi 51. & Suida in verbo Ἐπιφάνεια, haud

magno

magno negotio intelligi poteſt: quod nimirum in iis omnibus Chriſtus Dominus præbuerit ſeſe mortalibus conſpiciendum, propriæque Divinitatis ac præſentiæ expreſſa indicia oſtenderit; memineriſque, & natalem Domini, & Magorum adventus, Chriſtique baptiſmi ſolemnitatem non duobus diſtinctis diebus, ut eſt in perpetuo Eccleſiæ Romanæ uſu, ſed uno eodemque die a Græcis, Egyptum maxime incolentibus, fuiſſe antiquitus celebratam: id quod a Theophilo Alexandrino Epiſcopo in Proœmio Paſchalium Epiſtolarum, & Caſſiano Collatione 10. cap. 2. memoriæ proditum eſt: ex quo etiam factum puto, ut hic unus dies fuerit τὰ ἐπιφάνια numero multitudinis a Græcis dictus, quod in eo uno & multiplex ſuæ præſentiæ ac Divinitatis ſignum dederit Chriſtus, & plures agerentur ab Eccleſia celebritates.

Sed de Epiphaniorum nomine & feſto hæc quidem nunc hactenus; quæ pro re pauca, pro tempore ſatis ſunt. Itaque redeo ad inſtitutum. Paſchatis igitur cujuslibet anni diem (quod dicebamus) denunciatum olim fuiſſe Auditoribus inter concionandum, præter adductos ex Aurelianenſi & Braccarenſi Conciliis locos, ſatis meo judicio declarant Paſchales Cyrilli Alexandrini Sermones, qui nunc primo ex Ambroſiana noſtra Bibliotheca publicam aſpexere lucem cum elegantiſſima doctiſſimi viri Antonii Salmatiæ collegæ mei interpretatione. Ii enim, præter-

quam quod hanc ipſam ob rem nomen invenere, habent etiam ſinguli ſub finem Paſchalis hujus Denunciationis formulam. Operæpretium autem puto ſubjicere ipſa Cyrilli verba ex uno aut etiam altero Sermone: *Ita namque prorſus* (ait in primo Sermone Cyrillus) *purum Domino jejunium celebrabimus; inchoantes ſanctam quidem Quadrageſimam decima quinta Februarii menſis, hebdomadam vero ſalutaris Paſchæ vigeſima menſis Martii, ſolventes jejunia de more vigeſima quinta ejusdem menſis. Feſtum porro diem Paſchæ celebrantes illuceſcente deinceps Dominica die vigeſima ſexta ejuſdem menſis Martii.* In quarto autem ita ſcriptum eſt: *Hoc namque pacto, cum Feſtos dies ſancte peragemus, tum vero jejunium, ex quo bona omnia proficiſcuntur, qua decet ratione, celebrabimus, inchoantes quidem ſanctam Quadrageſimam ſexta & vigeſima menſis Februarii; hebdomadam vero ſalutaris Paſchæ Calendis Aprilis, ſolventes quidem jejunia, ut Evangelicis conſtitutionibus ſancitum eſt, veſpera Sabbati, ſexta ejuſdem menſis Aprilis. Feſtum vero diem Paſchæ agentes illuceſcente deinceps Dominica die ejusdem menſis Aprilis ſeptima.* Hæc quidem uterque Cyrilli locus complectitur: eadem etiam variatis verbis paululum in reliquis Sermonibus iterata facillime cognoſcet quicumque iis curioſum adjecerit oculum. Una & illud, intelligens harum rerum æſtimator, parvo labore perſpiciet, quemadmodum Paſchatis diem, ita etiam initium

Qua-

Quadrageſimæ fuiſſe olim inter concionandum audienti populo denunciatum.

Forſitan erunt hoc loco, qui exiſtiment, ad hujus moris confirmationem pertinere, quæ de Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, inſigni Origenis auditore, memoriæ prodidit Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 15. & ex eo beatus Hieronymus in lib. de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus cap. 69. Apud illum enim ſcriptum eſt: *Dionyſius, præter Epiſtolas a nobis ante citatas, alias eodem tempore ἑορταστικὰς Orationes, quæ Feſti Paſchatis laudes plenius uberiusque continent, inſtituit.* Alter vero: *Eſt & ejus ad Didymum altera Epiſtola: & ἑορταστικαὶ de Paſcha plurimæ, declamatorio Sermone conſcriptæ*, &c. Sed hoc, quantum judico ipſe, non eſt, ut recte fieri poſſit: etenim ab utroque dilucide planeque haſce Dionyſii ἑορταστικὰς, Epiſtolarum ſemper, numquam Concionum nomine, appellari ſcimus. Mihi tamen accuratius cogitanti quiddam occurrit, quamobrem non omnino improbabilis videatur ea opinio. Quæ in mentem venerunt, ſunt hæc. Conciones nimirum proprie fuiſſe has Dionyſii ἑορταστικὰς, & ad præſentem populum habitas, in eiſque etiam Paſcha vere denunciatum; ſed Epiſtolarum deinde nomen ſortitas, quod habitæ jam illæ coram populo, poſtmodum per Epiſtolas, hoc eſt, in Epiſtolarum figuram habitumque formatæ, ad abſentes mitti conſueviſſent, ut ſcilicet omnibus pervulgatus & cognitus eſſet proxime futurus

Pa-

Paſchalis celebritatis dies. Id quod ita contigiſſe, Alexandrini Cyrilli verba, quæ in Paſchalis 22. Sermonis Prologo habentur, non obſcure declarant: *Haud nos ſane* (ait Cyrillus) *eloquentiæ oſtentandæ ſtudio Oratiunculam hanc ſive Epiſtolam dedimus, ſed vetere inſtituto ad id rurſum vocati ſumus. Etenim, ſi umquam alias, certe hoc tempore, celebritatem advenientem, facta lucis inſtar denunciatione, indicari conſentaneum fuit.* Ex quibus Cyrilli verbis, Sermonem hunc, Orationis primo, poſtea Epiſtolæ appellatione fuiſſe nominatum, perſpicue intelligitur: quod nimirum habitus is quidem fuiſſet de ſuggeſtu coram populo, ſed in Epiſtolæ deinde formam ad eos miſſus, qui Concioni nequaquam interfuerant: idque verbum etiam illud (*dedimus*) apertiſſime convincit. In Caſſiani quoque Collatione 10. cap. 2. hoc idem ſubobſcure ſignificari puto; cum ſit inibi ſcriptum in hunc fere modum: *Intra Ægypti regionem mos iſte antiqua traditione ſervatur, ut peracto Epiphaniorum die, quem Provinciæ illius Sacerdotes vel Dominici Baptiſmi, vel ſecundum carnem Nativitatis eſſe definiunt; & idcirco utriuſque Sacramenti ſolemnitatem, non bifarie, ut in Occiduis Provinciis, ſed ſub una diei hujus feſtivitate concelebrant. Epiſtolæ Pontificis Alexandrini per univerſas dirigantur Ægypti Eccleſias, quibus & initium Quadrageſimæ, & dies Paſchæ, non ſolum per civitates omnes, ſed etiam per univerſa monaſteria deſignentur. Secundum hunc*

igitur

igitur morem poſt dies admodum paucos, Theophili prædictæ urbis Epiſcopi ſolemnes Epiſtolæ commearunt, &c. Hæc Caſſianus, qui cum Pontificis Alexandrini Paſchales Epiſtolas, non niſi peracto Epiphaniorum die, per univerſas Ægypti Eccleſias mitti conſueviſſe narret, indicat etiam, meo judicio, in ipſa quidem Epiphaniorum celebritate intra Concionem denunciatum Paſcha audienti populo, conſequenti autem die ipſammet Concionem, in Epiſtolæ habitum formatam ad illos miſſam, qui concionantem Epiſcopum ac Paſcha denunciantem præſentes audire non potuerant.

Morem porro publicè denunciandi Paſchatis ſacro Epiphaniorum die Eccleſia noſtra Mediolanenſis hodie adhuc retinet. Siquidem eo die inter Miſſarum ſolemnia, poſt recitatum Evangelium, Diaconus futurum proxime Paſchatis diem populo in hæc verba annunciat: *Noverit Caritas veſtra, Fratres cariſſimi, quod annuente Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti miſericordia, Die N. menſis N. Paſcha Domini cum gaudio celebrabimus*. Extatque de eo Decretum in 5. Synodo Diœceſana his verbis: *Archidiaconi Metropolitanæ noſtræ Eccleſiæ ſit, in Epiphaniæ ſolemnitate Paſchæ celebritatem denunciare*.

CAPUT XXVI.

Collectæ *nomen multiplex. Eccleſia & naſcens & adulta, ad ſublevandam tenuiorum inopiam, Collectas indixit. Dominica maxime dies huic rei deſtinata. Nova pauperum neceſſitate emergente, novæ indictæ ab Epiſcopo Collectæ. Gazophylacia ad illas recondendas in ſingulis Eccleſiis conſtituta: appellata ea interdum* Arcæ *nomine, interdum* Corbonæ, *aliquando etiam* Menſæ. *Collectæ pecuniæ diſtributor* Præpoſitus *dictus*, Probatus Senior, *&* Præſidens *Denunciati olim Auditoribus ac indicti inter concionandum dies, in quibus fieri hujuſmodi Collectæ debebant.*

CUm nobis agendum ſit de denunciatione Eleemoſynarum, quæ inter concionandum fiebat, prius de earum nominibus aliquid dicendum, ac primo de Collecta. Quid olim ea fuerit, quo modo, a quibus, & in quem uſum indicta & facta.

Collectæ nomen multiplex fuit. Interdum pro hominum cœtu ac congregatione poſitum repe-

reperio Levitici capite XXIII. Deuteronomii cap. XVI. Paralipomen. lib. II. cap. VII. ad Hebræos cap. X. & apud beatum Hieronymum in Epitaphio Paulæ. Aliquando pro Miſſa, ut apud Tertullianum libro de Fuga & Perſecutione, beatum Auguſtinum in Breviculo Collationis tertii diei, Caſſiodorum in Tripartita lib. 7. cap. 32. & lib. 9. cap. 38. eo quod ad illam colligeretur populus. Sæpe pro precibus ac orationibus, ſive quod dicerentur populo congregato ac collecto, ut volunt Alcuinus lib. de Divinis Officiis cap. de Celebratione Miſſæ, & Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Officiis cap. 16. ſive quod Sacerdos, legatione fungens ad Deum pro populo, omnium petitiones ac orationes compendioſa brevitate colligeret, & hac oratione concluderet, ut tradunt Innocentius lib. 2. cap. 27. Vualafridus cap. 22. & Micrologus cap. 3. Non raro tamen Eleemoſynas ſignificat, hoc eſt, pecuniam in pauperum uſum corrogatam ac collectam: in quem ego ſenſum nunc cum multis aliis accipio Collectæ nomen.

Ad ſublevandam itaque tenuiorum inopiam conſuevit naſcens Eccleſia hujusmodi Collectas imperare. Sic legimus Actuum Apoſtolorum cap. XI. Antiochenos Chriſtianos (hæc autem prima fuit in Eccleſia ad pauperum uſum facta Collecta) pecunias collegiſſe, easque, famis ſubſidium, Jeroſolymam perferendas Barnabæ & Saulo tradidiſſe. *Surgens* (ait Lucas) *unus nomine*

mine Agabus ſignificabat per ſpiritum famen magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio. Diſcipuli autem, prout quiſque habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Judæa Fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabæ & Sauli. Ipſum quoque Paulum non ſemel hoc idem factitaſſe oſtendit locus hic ex ejus prima ad Corinthios Epiſtola cap. XVI. in quo eſt: *De Collectis autem, quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite: per unam Sabbati unuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat recondens quod ei bene placuerit.* Ab Auctore etiam Conſtitutionum Apoſtolicarum in 5. libro cap. 8. conſuetudinis hujus mentionem factam video, quem locum, ut inſciis notum faciam, illinc aſſumptum, totidem verbis hic ſubjicio; eſt autem ſic: *Pecuniam coactam diſpenſate, conferentes eam in miniſterium redimendi Sanctos, ut liberetis ſervos, captivos, in vincula conjectos, calumnia oppreſſos, damnatos a Tyrannis ad monomachiam, aut ad mortem propter nomen Domini.*

Sed & adulta Eccleſia introductam ab Apoſtolis conſuetudinem & libenter excepit & tenuit religioſe. Adducor ut ita credam, primo quidem verbis Juſtini Philoſophi ac Martyris ex extrema ad Antoninum Pium Apologia ſic habentibus: *Ceterum qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quiſque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt: & quod ita colligitur, apud Præpoſitum de-*

po-

ponitur; atque inde ille opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum, aut aliquam aliam cauſam egent; quique in vinculis ſunt, & peregre advenientibus hoſpitibus, &, ut ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt. Ad hæc Tertulliani gravi auctoritate, Apologetici capite 39. ita narrantis: *Modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, & ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt; nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque, & pueris ac puellis, re ac parentibus deſtitutis: itemque domeſticis ſenibus, item naufragis, & ſi qui in metallis, & ſi qui in inſulis, vel in cuſtodiis, dumtaxat ex cauſa Dei ſectæ, alumni confeſſionis ſuæ fiunt.* Eſt inſuper, quod ad hanc rem omnino pertineat ex Libro adverſus Vigilantium beatiſſimi Hieronymi teſtimonium in hæc verba: *Ego hoc loquor, quod beatus Apoſtolus in cunctis pæne Epiſtolis ſuis loquitur, & præcipit in Eccleſiis Gentium; per Unam Sabbati, hoc eſt, in die Dominico, omnes conferre debere, quæ Jeroſolymam in Sanctorum ſolatia dirigantur: & vel per diſcipulos ſuos, vel per quos ipſi probaverint: &, ſi dignum fuerit, ipſe aut dirigat, aut perferat, quod collectum eſt.* Et paulo poſt: *Longum eſt nunc, ſi de cunctis Epiſtolis ejus omnia teſtimonia revolvere voluero, in quibus hoc ait, & tota mente feſtinat, ut Jeroſolymam & ad ſancta*

ſancta loca credentibus pecuniæ dirigantur; non in avaritiam, ſed in refrigerium; non ad divitias congregandas, ſed ad imbecillitatem corpuſculi ſuſtentandam, & frigus atque inediam declinandam. Hac in Judæa uſque hodie perſeverante conſuetudine, non ſolum apud nos, ſed & apud Hebræos, ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, niſi ſolum Deum, Synagogarum & totius orbis foveantur miniſteriis, ex æqualitate dumtaxat, non ut aliis ſit refrigerium, & aliis ſit tribulatio, ſed ut aliorum abundantia aliorum ſuſtentet inopiam. Cognoſcitur etiam hoc idem manifeſte ex iis beati Leonis Papæ Sermonibus, quos plures de Collectis habitos nemo neſcit. Beatus autem Chryſoſtomus hanc conſuetudinem Antiochiæ paulatim abrogari cernens, eam accuratius reſtitui curavit, inſignem illam habens Orationem *de Eleemoſyna & Collatione*, in qua præter cetera meminit expreſſe Gazophylaciorum in Eccleſiis ex priſco uſu conſtitutorum, in quibus collectæ hujuſmodi pecuniæ conderentur.

Iſta quidem ſunt de Collectarum in pauperum uſum conſuetudine veterum Patrum teſtimonia: in quibus duo præcipue debent animadverti, his, quæ nunc ſcribimus, minime inutilia. Unum, Dominicam maxime diem fuiſſe huic rei a Majoribus præfinitam: per Unam enim Sabbati, quam dixit beatus Paulus citato primæ ad Corinthios Epiſt. cap. XVI. intelligi debere

ere Dominicam diem teſtantur diſertis ver
ad eumdem Pauli locum Ambroſius, Augu
us, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecu
nius, nec non & Hieronymus adducto paulo
adverſus Vigilantium loco, & Epiſtola ad
libiam, Quæſtione quarta: interpretationem
es ex Hebraiſmo elicientes, quod nimirum
rent Hebræi Unum, pro Primo, uſurpare
Sabbatum autem, Hebdomadam ſignificari
oliquet, quod Hebdomadæ dies, ipſaſque
domadas foterent Judæi a Sabbato, velut
ecipuo die, in Sabbatum ſequens numerare,
ut Unam Sabbati, ſive Primam poſt Sabbatum
dicimus, perinde ſit, ac ſi Dominicæ
diem diceremus. Alterum, quod erat animadvertendum, illud eſt, conſtitui olim ſolita
ecleſiis Gazophylacia, in quibus corroga
ac collectæ hujuſmodi pecuniæ reconderen

orſitan hoc loco quærat aliquis, cum Do
icam diem faciendæ Collectæ ex Apoſto
um inſtituto aſſignatam dixerimus, an il
lis de utraque Dominica die intelligen
. Equidem non aſſim ego id affirmare, cum
eate videatur Tertullianus, ſemel dumtaxat
nenſe fieri ſolitas hujuſmodi Collectas, in
enim citato Apologetici cap. 39. *Modi-
unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum ve-
& ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit.* Illud
ibitanter aſſeverabo, procedente tempore,

non Dominicis dumtaxat diebus, ſed inter Hebdomadam etiam non raro factas hujuſmodi Collectas; etenim ſanctiſſimus Leo Papa & de Secunda Feria huic rei adſignata mentionem facit Sermone 2. de Collectis, & de Tertia Sermone 3. & de Quarta Sermone 4. & de Sabbato Sermone de Collectarum die: cujus ipſa verba extremo hoc Capite adſcribam.

Quin etiam, ſi quæ nova neceſſitate emergeret, cui conſueta Dominicæ diei non ſufficeret pecuniæ collectio, tunc Epiſcopus, nulla temporis, aut diei, habita ratione, novam indicebat; quemadmodum pro Chriſtianorum a Barbaris captorum redemptione factitaſſe beatum Cyprianum, ejuſque exemplo ceteros in Africa Epiſcopos, diſcimus ex ejus Epiſtola 60. ad Januarium, Maximum, aliosque Numidiæ Epiſcopos data.

Cur autem fuerit Dominica potiſſimum dies huic rei adſignata, nullam aliam puto commodiorem adferri poſſe rationem, quam quæ a beato Chryſoſtomo citata Oratione *de Eleemoſyna & Collatione* redditur. Ejus verba, quoniam hic apte conveniunt, recitabo libenter: *Quamobrem hunc diem* (loquitur de Dominica) *oblationi deputat? Cur non dixit, Secunda Sabbatorum, vel Tertia Sabbatorum, vel aliis Sabbatis? Profectò nec hoc temere, nec abſque cauſa dictum. Nam & a temporis opportunitate anſam capit, quo alacriores reddat offerentes. Et quid commodi habet*

ejus dici tempus, quo facilius detur Eleemosy-
s? Ecce, quoniam tum à labore omni ceſſatur,
ne relatione & feſtiis alacrior ſit animus. Et,
d multo majus eſt, innumeris eo die bonis potiti
us. Nam eo die deſtructus eſt infernus, ex-
tinctum maledictum, diſparuit peccatum, confracta
rorum portæ, captivus factus eſt Diabolus, diu-
um bellum diremptum, conciliati Deo homines,
rumque genus ad priſtinam, immo ad majorem
ie dignitatem; viditque ſol inopinatum & ad-
abile illud ſpectaculum, quod homo factus eſt
arvalis. Hæc cuncta volens ipſe nobis in me-
ium referre, diem illum in medium attulit
us in advocatum aſſumens, qui unicuique dice-
, Cujus homo, quanta & qualia bona accepiſti
die, quantis malis ex liberatus, qualis eras ab
, quam poſtea factus es. Jam ſi nos Natali-
celebramus, & multi libertorum etiam ejus die,
libus libertatem donati ſunt, in magno habent
ore, ita ut alii, venerando tempori, convivia
ant, alii multa munera largiantur; quanto ma-
nobis dies ille obſervandus, quem ſi quis Nata-
m totius humanæ naturæ appellet, haud aberra-
Periit enim eramus, & inventi ſumus; mor-
eramus, & reviximus; inimici eramus, & re-
iliati ſumus: ſpirituali autem honore, inquam,
c diem venerari oportet, non convivando, non
m profundendo, non ebrietati ebriiſque vacan-
ſed indigentes fratres liberalitate facili juvan-
&c. Hactenus Chryſoſtomus.

Gazophylacia porro, quæ ex Patrum auct
tate diximus in ſingulis Eccleſiis ad colle
pecuniam recondendam ſolita olim conſti
varia apud Eccleſiaſticos Scriptores ſortita
appellationes. *Area* quidem nomine a Ter
liano Apologetici cap. 39. fuerunt appella
Corbona a B. Cypriano lib. de Opere & Elee
ſynis: & a B. Paulino *Menſa* Epiſtola 3. Ne
vero noſtram hanc de Gazophylaciorum con
tudine opinionem evertunt adducta ſupe
Juſtini Martyris verba, quibus affirmat, colle
hujuſmodi pecuniam apud Præpoſitum depoſi
ſolviſſe: non enim de collecta pecunia rep
sione fuit illa accipienda, ſed de ejus in pa
rum uſum diſtributione: collecta ſiquidem,
Gazophylacio non recondebatur; in egenos
diſtribuenda, Præpoſito reſervabatur. Quem
tem hic *Præpoſitum* appellat Juſtin
Probatum Seniorem dixit Tertullianus, &
dentem ſanctus Leo Sermone de Collecta
die.

Et hæc erant fere de Collectarum nom
origine, ac uſu, quæ paucis ac ſummatim
remus. Nunc ad id aggredior demonſtrand
quod antea propoſui, & cujus gratia ſupe
omnis oratio habita eſt: id vero erat, de
citatos olim Auditoribus ac indictos inter
cionandum hujuſmodi Collectarum dies. Id q
non ſemel, neque uno in loco planiſſime co
mari ſcimus a beatiſſimo Papa Leone apud q

in primo de Collectis Sermone ita ſcriptum legas: *Ventura igitur Dominica dies, Collectarum futura eſt. Hortor & moneo Sanctitatem veſtram, ut ſinguli quique & pauperum memineritis, & veſtris & pro poſſibilitate virium veſtrarum intelligatis in egentibus Chriſtum, qui tantum nobis pauperes commendavit, ut ſe in ipſis veſtiri ac ſuſcipi teſtaretur.* Et in ſecundo Sermone eadem his verbis repetite: *Proinde, Dilectiſſimi, in ſecundam Feriam ſpontaneas Collectas veſtras ſollicite præparate, ut quidquid vobis de temporalibus ſubſtantiis dempſeritis, id multiplicatum in æterna retributione ſumatis.* Et in ſermone 3. *Quoniam ad deſtruendas antiqui hoſtis inſidias, in die quo impii ſub Idolorum ſuorum nomine Diabolo ſerviebant, providentiſſime in ſancta Eccleſia prima eſt inſtituta Collectio, volumus Dilectionem veſtram tertia Feria omnes Regionum veſtrarum Eccleſias cum voluntariis oblationibus Eleemoſynarum convenire.* Et in 4. longe manifeſtius: *Ad horum operum, Dilectiſſimi, piam curam dies nos Apoſtolicæ inſtitutionis invitat, in quo ſanctarum Collectionum prima collectio eſt prudenter a Patribus & utiliter ordinata; ut, quia in hoc tempore gentilis quondam populus ſuperſtitioſius Dæmonibus ſerviebat, contra prophanas hoſtias impiorum, ſacratiſſima a nobis noſtrarum Eleemoſynarum celebraretur oblatio: quod, quia incrementis Eccleſiæ fructuoſiſſimum fuit, placuit eſſe perpetuum. Unde hortamur Sanctitatem veſtram, ut per Eccleſias Regionum veſtrarum quarta*

ta Feria de facultatibus veſtris, quantum ſuadet poſſibilitas ac voluntas expenſas miſericordiæ conferatis, ut poſſitis illam beatitudinem promereri, in qua ſine fine gaudebit qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Et in Sermone 5. *Quia die Dominica prima eſt futura Collectio, omnes vos devotioni voluntariæ præparate, ut unuſquiſque ſecundum ſufficientiam habeat in ſacratiſſima oblatione conſortium.* In Sermone demum de Collectarum die: *Providenter*, (ait) *Dilectiſſimi a ſanctis Patribus pieque diſpoſitum eſt, ut in diverſis temporibus quidam eſſent dies, qui devotionem fidelis populi ad Collationem publicam provocarent. Et quia ad Eccleſiam maxime ab unoquoque opem quærente decurritur, fieret ex poſſibilitate multorum voluntaria & ſancta Collectio, quæ per Præſidentium curam neceſſariis ſerviret expenſis: ad cujus operis deſideratum vobis, ut credimus, fructum dies vos vicinus invitat, accedentibus admonitionibus noſtris, ut ad Eccleſias Regionum veſtrarum Sabbato proxime futuro miſericordiæ munera deferatis.*

CA-

CAPUT XXVII.

Privatæ etiam ac ſingulares Eleemoſynæ antiquitus inter concionandum indictæ ac collectæ: & tunc maxime, cum maximi erant Auditorum concurſus. Regii opinio refutata, aut ſaltem illuſtrata. Hæc indicendæ Eleemoſynæ conſuetudo a voluntaria oblatione, in naſcentis Eccleſiæ Synaxi fieri ſolita, tamquam a capite arceſſenda.

DEnunciatos olim inter concionandum publicos ac communes Collectarum dies, ım perſpicue liquet. Sed & privatam ac ſingularem Eleemoſynam, antiquitus etiam, quemdmodum nunc fit in tota pæne Italia, atque libi, indictam interdum ac collectam inter Concionem, quoniam quidem non ſatis illuſtraunt, qui res ejuſmodi ſolummodo delibant, nos x Auguſtino & Chryſoſtomo notum faciamus. Date ergo pauperibus, (inquit Auguſtinus Sermone v. de verbis Domini in Evangelium ſecundum Matthæum) *rogo, moneo, præcipio, jubeo, quidquid vultis, date pauperibus. Non enim occultabo caritati veſtræ, quare hunc ſermonem neceſſe habui vobis promere. Ex quo hic ſumus eun-*

tes ad Eccleſiam & redeuntes, pauperes interpellant nos, & dicunt, ut dicamus vobis, ut aliquid accipiant a vobis. Nos monuerunt loqui vobis, & cum ſe vident non accipere a vobis, inaniter arbitrantur nos laborare in vobis. Expectant aliquid & a nobis; damus, ſicut poſſumus. Numquid tamen ad eorum neceſſitatem implendam idonei ſumus? Quia ergo ad eorum neceſſitatem implendam idonei non ſumus, vel ad vos Legati ipſorum ſumus. Audiſtis, laudaſtis, Deo gratias. Et in Sermone 40. de verbis Domini in Evangelium ſecundum Joannem. *Omnia; etſi breviter, ut potui, expoſui caritati veſtræ: erogavi, quod ad me pertinet; quod autem ad vos pertinet, pauperes cogitate*, &c. Eſt & aliud in Epiſtola 215. ejuſdem Auguſtini teſtimonium, quod, quia ritum hunc dilucide exprimit, totum libentiſſime adſcribam. *Cum Frater noſter Faſtius debito decem & ſeptem ſolidorum ab oppignoratoribus urgeretur, ut redderet; quod ad præſens, unde explicaret ſe, non inveniebat; ne corporalem pateretur injuriam, ad auxilium ſanctæ Eccleſiæ convolavit; illi etiam exactores, cum proficiſci cogerentur, & ideo dilationem dare non poſſent, graviſſimis me querelis oneraverunt, ita ut eis illum traderem; aut, quod ſibi deberi oſtendebant, unde acciperent, providerem. Cumque obtuliſſem Faſtio, ut veſtram ſanctitatem de neceſſitatibus ejus alloquerer, pudore deterritus, ne facerem, deprecatus eſt. Ita ego majore neceſſitate coactus, a Fratre noſtro Ma-*

cedonio

redenio decem & ſeptem ſolidos accepi, quos in cauſam ejus continuo dedi; promittente illo, quod ad certum diem, cum eis reddendis poſſet occurrere, occurreret: & conſentiente, ut, ſi non poſſet occurrere, fermo de illo fieret ad veſtram miſericordiam, quam fraternam Fratribus exhibere conſueviſtis. Nunc ergo, quoniam abſens eſt, reſtat, ut ſubveniatis; non illi, quem nemo compellat abſentem, ſed pollicitationi meæ, cujus exiſtimatio ſemper vobis eſt præſens. Jam enim dies, ad quem ſe promiſerat occurſurum, translatus eſt, & ego ei, qui ſolidos ſuos fidei meæ commiſit, quid reſpondeam, non invenio, niſi ut faciam, quod me facturum eſſe promiſi. Sed quoniam non ſum de hac re commonitus, ut die Pentecoſtes, quando aderat major veſtra frequentia, ſermonem inde facerem, peto, ut has litteras pro lingua mea præſente habere dignemini. Et paulo poſt : *Quoniam ergo domeſticus fidei eſt, Chriſtianus fidelis, Catholicus frater noſter, pro cujus ſupplenda neceſſitate vos peto, ut faciatis quod Dominus imperat, ſine triſtitia, ſine murmuratione, & cum lætitia & hilaritate facite: Deo enim creditis, non homini; quia ille promittit, vos nihil eorum, quæ miſericorditer facitis, perdituros, ſed in illo die cum uſuris immortalibus recepturos.* Hæc ſunt Auguſtini verba, ex quibus dilucide conſtat, ob id etiam ſolitam aliquando indici interconcionandum Eleemoſynam, ut ære alieno obſtricti liberarentur. Simul & illud elucet, tum maxime indictam, cum majores eſſent

eſſent Auditorum concurſus. A beato quoque Chryſoſtomo in Sermone *de Eleemoſyna & Collatione in Sanctos* hujus moris mentio facta eſt his verbis: *Exſurrexi hodie functurus apud vos legatione quadam, juſta, utili, ac honeſta, non alterius cujuſpiam, quam pauperum nomine, qui veſtram hanc inhabitant civitatem. Hi mihi hanc provinciam injunxerunt, non ſermonibus, nec communis conſilii ſuffragiis & ſententia, ſed miſerabilibus acerbiſſimiſque ſuis ſpectaculis. Nam cum ad veſtrum hunc conventum feſtinans, per forum & angiportus tranſirem, videremque in mediis biviis jacere multos, quorum aliis abſectæ manus, alii exoculati, alii ulceribus pleni, & incurabiles, ac protendentes eas partes, quas utpote tabidas, potiſſimum neceſſarium erat, contegerent; extremæ inhumanitatis eſſe duxi, ſi apud caritatem veſtram de his non diſſererem. Eapropter, quia pluribus habent opus, nos ſaltem manus porrigamus, non jam mercedem, ſed eleemoſynam daturas.*

Quapropter, minime ſolitam olim colligi inter concionandum eleemoſynam, aſſerere, quod ſcriptum ab eruditiſſimo Regio Chriſtiani Oratoris Auctore video, non ſine errore poteſt; quem ſi nihil aliud, allata certe Chryſoſtomi atque Auguſtini teſtimonia plane coarguunt: niſi forte dicere velimus, loquutum eum de naſcente, non de adulta Eccleſia: quæ quidem interpretatio, etiamſi vera ſit, non tamen neceſſaria videtur.

Cete-

eterum indicendæ inter concionandum elee-
ynæ conſuetudinem, qui a voluntaria obla-
e, in naſcentis Eccleſiæ Miſſis fieri ſolita,
quam a capite arceſſendam opinabitur, meo
lem animo, is a vero haud aberrarit: præ-
m, cum juxta antiquiſſimum Eccleſiæ ri-
ſolereut ut plurimum Conciones poſt Evan-
i recitationem, inter Miſſæ ſolemnia factam,
ri: id quod infra ſuo loco docebimus.

CAPUT XXVIII.

iquiſſimus in Eccleſia Vigiliarum uſus. i nominis origo. Jejunia fere ſemper cum liis conjuncta. Denunciata olim inter con-andum ſtata Vigiliarum ac Jejuniorum pora. Allata ejus Denunciationis formu-

E Vigiliis, ac Jejuniis, multæ occurrunt hoc loco eruditæ quæſtiones, a bonis Au-ibus, non veteribus modo, verum etiam ntibus, propoſitæ magis, quam ſerio tracta-quarum nodos ſi quis expedierit, is, ut fert opinio, nec operam luſerit, & ab iis iam inierit, qui veri cognoſcendi ſtudio ntur. Sed nos illas relinquamus, alibi ac-curatius

curatius conſiderandas, ſi, quod ſpero, erit otium: neque enim inſtituti noſtri eſt, quodcumque dignum cognitu inciderit, id omne velle perſcrutari, & aucupari nimium diligenter. Tantum adnotari cupio in præſentia, antiquiſſimum fuiſſe in Eccleſia Vigiliarum uſum & obſervationem. Conveniebat enim veteres Chriſtiani, vel ipſo Plinio teſte lib. 10. epiſt. 97. ad Trajanum ſcribente, (ut Tertullianum, Arnobium Euſebium, & alios Scriptores Eccleſiaſticos reticeam) certo tempore ac loco, non interdiu ſolum, verum etiam noctu, ad precandum Deum, ſacros Hymnos canendos, & alia pietatis munia obeunda: qui quidem nocturni conventus, quod in iis pervigilaretur, Vigiliarum nomen invenere. Cum hiſce porro Vigiliis erant fere ſemper Jejunia conjuncta: id quod vel ex eo facile colligas, quod apud beatum Paulum ubicumque ferme de Vigiliis mentio habetur, Jejunia quoque adjiciuntur.

Ageſis ergo, nos etiam Vigiliis Jejunia jungentes, doceamus, denunciata olim inter concionandum ſtata hujuſmodi Vigiliarum ac Jejuniorum tempora. Doctiſſimum antiquiſſimumque Eccleſiæ Patrem hujuſce conſuetudinis teſtem produco; is vero eſt Leo Magnus Papa, in cujus Sermone 2. *de Jejunio decimi menſis & Collectis* hæc leguntur: *Quod temporis ratio, & devotionis noſtræ admonet conſuetudo, paſtorali vobis, Dilectiſſimi, ſollicitudine prædicamus, decimi*

menſis

menſis celebrandum eſſe Jejunium. Quarta igitur & ſexta Feria jejunemus. Sabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum pariter vigilemus. Oſferunt mihi ſeſe præter ſuperiorem alii ejuſdem Leonis loci, quos aſpernari ac rejicere nullo modo debeo, quoniam, quem nunc illuſtrandum ſuſcepi, morem planiſſime confirmant. His, *Dilectiſſimi*, (inquit in Sermone 4. *de Jejunio ſeptimi menſis*) *ad profectum veſtrum pro temporis occaſione perſtrictis, Jejunium vobis ſeptimi menſis indiximus, in quo vos non ſolum de ciborum abſtinentia, ſed etiam de pietatis operibus admonemus; ut, quod veſtris uſibus religioſa parcitate ſubtrahitis, in alimonias pauperum, & in cibos debilium transferatis, &c. Quarta igitur & ſexta Feria jejunemus; Sabbato vero apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum Vigilias celebremus.* Sermone primo *de Jejunio decimi menſis & Collectis: Quarta igitur & ſexta Feria jejunemus; Sabbato autem apud beatiſſimum Apoſtolum Petrum Vigilias celebremus.* Sermone 4. *Hæc itaque ut, adjuvante Deo, pia devotione curentur, quarta & ſexta Feria jejunemus; Sabbato vero apud beatum Petrum Apoſtolum Vigilias celebremus.* Quod idem iiſdem pæne verbis apud eumdem ſcriptum videas Sermone 5. 6. 7. & 8. *de Jejunio decimi menſis & Collectis*, Item Sermone 4. *de Quadrageſima*. Sermone primo & 2. *de Jejunio Penteceſtes*. Nec non & Sermone 1. 3. 4. 7. & 9. *de Jejunio ſeptimi menſis*. Atque hæc quidem

Leonis

Leonis ſuperiora docent planiſſime, olim inter concionandum denunciata ſimul ſtata & Jejuniorum & Vigiliarum tempora: quæ vero mox ſuggeram ex Auguſtino, & eodem Leone; id ipſum de Jejuniorum dumtaxat diebus luculenter patefaciunt: ita enim apud Auguſtinum in Sermone 60. *de Tempore* ſcriptum legitur: *Publice Jejunium indiximus, & vidente toto populo patrizer cum ipſo jejunamus.* Leo vero in Sermone *de decimi menſis Jejunio: Hac ergo ratione, Dilectiſſimi, evidenter inſtructi Eccleſiaſticis Regulis Jejunium decimi menſis adjungimus, atque devotioni veſtræ, ſicut eſt moris, indicimus, quoniam plenum pietatis, plenumque juſtitiæ eſt, ut terrenorum fructuum perceptione ſuſceptæ agantur Deo gratiæ.* Qui certe locus ad id, quod propoſui, facit, ſi quidquam nihil enim dubitationis relinquit, cum in eo faſtum aperire Leo, id ſe communi ac uſitato more facere.

Ex allatis porro Leonis locis illud etiam veriſſime diſcimus, Quæ potiſſimum verborum formula ſolerent ſtata hujuſmodi Jejuniorum ac Vigiliarum tempora denunciare: id quod ex Octavio quoque Romano cognoſcitur manifeſtius, in quo ita eſt: *Omnes nobis eſt, Dilectiſſimi, Jejuniorum celebranda feſtivitas, quam menſis decimi ſolemnis cultus indicit. Quarta ergo & ſexta Feria ſuccedente, ſolitis eandem concentibus exequamur. Sabbatorum die hic ſacras acturi Vigilias, ut per obſervantiam competentem Domino, puriſ-*

catis

tis mentibus, ſupplicantes, beatiſſimo Petro Apo-ſtolo ſuffragante, a præſentibus periculis erui me-reamur, pariter & futuris. Et alibi: *Hac hebdo-mada nobis menſis illius recenſenda ſunt Jejunia: propter fidem veſtræ dilectionis hortamur, ut eidem quarta & ſexta Feria ſolitis proceſſionibus ſequentes, Sabbatorum diem Vigiliis ſolemnibus celebremus; quatenus, Apoſtolis ſuffragantibus no-ſtris propitiationem Dei noſtri perſeverantia debitæ ſalutis obtineat.* Et iterum: *In anniverſarii, fratres cariſſimi, Jejunii puritate, qua & corpo-ris acquiritur & animæ ſanctitas, nos commonet ſalutis menſis inſtaurata devotio. Quarta ergo & ſexta Feria ſolito convenientes occurſu offeramus Deo ſpirituale Jejunium. Die vero Sabbati apud ſanctum Petrum, cujus nos interceſſionibus credi-mus adjuvandos, ſanctas Vigilias Chriſtiana pietate celebremus, ut pro hac inſtitutionem ſalutiferam peccatorum ſordes, quas corporis fragilitate contra-imus, Jejuniis & Eleemoſynis abluamus, &c.*

CAPUT XXIX.

Indictum inter concionandum Auditoribus, ut patefacerent, ſi quos noviſſent, Hæreticos.

AC ne illud quidem alienum eſt demonſtra-re, indictum aliquando inter concionan-dum,

dum; ac imperatum Auditoribus, ut patefacerent, in judiciumque proferent, si quos noviſſent, Hæreticos. Atque hoc ita ſe habuiſſe, in Sermone 4. de Collectis, his verbis docuit beatus Leo: *Ut autem, Dilectiſſimi, placeat Domino veſtra devotio, etiam ad hanc vos hortamur induſtriam, ut Manichæos, ubicumque latentes, veſtris Presbyteris publicetis. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſerviunt, Diabolum bellare. Contra iſtos enim, Dilectiſſimi, omnem quidem orbem terrarum, & totam ubique Eccleſiam decet fidei arma arripere. Sed veſtra in hoc opere devotio debet excellere, qui in progenitoribus veſtris Evangelium crucis Chriſti ab ipſo beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli ore didiciſtis. Non ſinantur latere homines, qui legem per Moſen datam, in qua Deus univerſitatis conditor oſtenditur, recipiendam eſſe non credant.* Et aliquando poſt: *Cavendi ſunt, ne cuiquam noceant; prodendi ſunt, ne in aliqua civitatis noſtræ parte conſiſtant. Vobis, Dilectiſſimi, ante Kalendas Chriſti prodeat, quod indicimus, quod rogamus.* Habemus & huic loco haud diſſimilem alium ejuſdem Leonis in Sermone 5. *de Jejunio decimi menſis*, quem producere mihi non erit ingratum, vobis legere: *Illud quoque vos, Dilectiſſimi, obſecrans moneo, ut ſi cui veſtrum innotuerit, ubi habitent,* (loquitur de Manichæis) *ubi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtræ ſollicitudini*

fideliter indicetis; quia parum prodeſt unicui-
, quod, protegente Spiritu Sancto, ab iſtis ip-
ion capitur, ſi, cum alios capi intelligit, non
petur. Contra communes hoſtes pro ſalute com-
ii una communis debet eſſe vigilantia, ne de
ujus membri vulnere etiam alia poſſint membra
rumpi: & qui tales non prodendos putant, in
cio Chriſti inveniantur rei de ſilentio, etiamſi
contaminentur aſſenſu. Aſſumite igitur religio-
ollicitudinis pium zelum, & contra ſæviſſimos
marum hoſtes omnium fidelium cura conſurgat.
oque enim miſericors Deus quamdam nobis par-
prodidit hominum noxiorum, ut manifeſtato
culo excitaretur diligentia cautionis. Non ſuf-
at quod actum eſt, ſed eadem inquiſitio perſe-
et, &c.

CAPUT XXX.

Miracula, ſi quæ recens accidiſſent, inter concionandum vel a Concinatore memoriter, vel de ſcripto a Lectore ad Auditores relata. Qui ope ac deprecationibus Sancti alicujus vel ex morbo convaluerant, vel impendens aliquod grave periculum, præſentemque calamitatem evaſerant, ii Libellos Epiſcopo dabant in Eccleſia publice recitandos, qui & morbi ſeriem, & reſtitutionem ſalutis, & imminentis urgentiſque mali declinationem continerent, nec non etiam illius Sancti nomen, qui ſe pro eis deprecatorem præbuerat. Hoſce Libellos Epiſcopo datos Lector deinde, vel proxime ante Concionem, vel ſub ejus finem publice recitabat. Poſt recitatos hujuſmodi Libellos, ii ipſi, qui fuerant ad ſanitatem reducti, proponebantur interdum in Eccleſia, palamque in oculis omnium collocabantur.

ET quoniam omnia perſequimur, quæ olim inter concionandum aut denunciari, aut pro-

romulgari ſolebant, dicendum eſt etiam, ſi quod recens accidiſſet miraculum, id intra Concionem vel a Concionatore memoriter, vel deſcripto a Lectore fuiſſe ad Auditores relatum. Ac ne quis cauſæ meæ inſervire me credat, idoneiſque deſtitutum teſtimoniis hæc proferre, ea gillatim afferam.

De miraculis ergo a Concionatore memoriter inter concionandum populo recitatis, apud beatiſſimum virum Auguſtinum in Sermone 39. de Diverſis ita ſcriptum videas: *Ego quia mando memoriæ de Libellis miraculorum Martyris, quæ in conſpectu veſtro leguntur, ante dies lectus eſt quidam Libellus, ubi cuidam ægrotæ, quæ doloribus acerrimis torquebatur, cum dixiſſet, Ferre non poſſum, ait illi ipſe Martyr, qui ſanare venerat, Quid ſi Martyrium duceres?* Et in Sermone 32. cum cœpiſſet Auguſtinus miraculum narrare de puero, qui lactens in gremio matris, Catechumenus tantum, repente præter ſpem mortuus erat, ſed mox ad vitam, beatiſſimo Martyre Stephano deprecatore, revocatus: cumque cœptam nequaquam potuiſſet perſequi narrationem ob recens aliud miraculum in ea ipſa, in qua tum concionabatur, Eccleſia ad ejuſdem Martyris memoriam patratum; (tam læta enim gratulatione, tantiſque clamoribus novum illud miraculum fuit ab Auditoribus exceptum, ut dicens Auguſtinus non modo interrumperetur, verum etiam cogeretur tacere) poſtera die inter

concionandum, intermiſſam repetens Auguſtinus, totam perſecutus eſt narrationem. Ejus verba ſunt hæc: *Apud Uzalim, ubi eſt Epiſcopus Frater meus Evodius, quanta miracula ibi fiant, quærite, & invenietis: prætermiſſis autem aliis, indico vobis unum, quod ibi factum eſt, ut videatis, quanta ſit ibi præſentia Majeſtatis. Mulier quædam ſubito ægrotum filium, cui ſuccurrere feſtinando non potuit, in gremio ſuo Catechumenum amiſit, quæ clamans: Mortuus eſt, inquit, filius meus Catechumenus.* Hucuſque Auguſtinus in hujus miraculi narratione: hic enim illum Auditores jucundo tumultu, ut mox dicebam, fauſtiſque clamoribus ob novum miraculum interrumpentes, ſilere coegerunt. Continuatam tamen ac integram ejuſdem miraculi narrationem iterans in Sermone 33. *Debet a nobis heſternus Sermo compleri, qui majori interruptus eſt gaudio. Cum autem opera divina per ſanctum Martyrem commemorare breviter vellem, omiſſis ceteris unum inſtitueram dicere; quod cum dico, reſtituta illi puellæ ſanitate, ſubito lætitiæ tumultus exortus eſt, & nos aliter compulit finire Sermonem. Ergo tale ibi miraculum ſcimus factum inter multa alia, quæ commemorari utique cuncta non poſſunt. Mulier quædam amiſit in gremio ægrotantem filium, Catechumenum, infantem lactentem; quæ cum vidiſſet amiſſum, & irreparabiliter perditum, cœpit eum magis flere fideliter, quam mater. Non enim filii ſui deſiderabat vitam, niſi in futuro ſæculo, & hanc*

ſibi

ibi ablatam, & periiſſe plangebat. Impleta affectu fi-
luciæ tulit illum mortuum, & cucurrit ad memoriam
beati Martyris Stephani, & cœpit ab illo exigere filium,
& dicere. Sancte Martyr, vides nullum mihi remanſiſ-
ſe ſolatium: non enim poſſum dicere, filium præceſſiſſe,
quem noſti periiſſe; tu enim vides, quare plangam.
Redde filium meum, ut habeam eum ante conſpe-
ctum coronatoris tui. Hæc & talia cum precaretur,
lacrymis quodammodo non petentibus, ſed, ut dixi, exi-
gentibus, revixit filius ejus. Hæc fere Auguſtinus.

Ut igitur certum eſt, miracula, ſi quæ re-
cens accidiſſent, fuiſſe interdum ab ipſo Con-
cionatore memoriter inter concionandum ad Au-
ditores relata: ſic & illud minime dubium, ea-
dem non raro a Lectore, ſive proxime ante
Concionem, ſive ad ejus finem, de ſcripto pu-
blice recitata. Quod quomodo fieret, pauluu
um conſideremus, ut priſcum morem, paucis
quidem cognitum, nos omnibus ſtudioſis ma-
gis explicatum communicemus. Qui igitur San-
cti alicujus ope ac deprecationibus vel ex mor-
bo convaluerant, vel impendens aliquod grave
periculum, præſentemque calamitatem declina-
rant, ii Libellos Epiſcopo dabant, in Eccleſia
publice recitandos, qui & morbi ſeriem, & re-
stitutionem ſalutis, & imminentis urgentiſque
mali declinationem continerent, nec non etiam
illius Sancti nomen, qui ſe pro eis deprecato-
rem præbuerat. Extant non pauca & ejuſdem
Auguſtini, & Evodii Uzalenſis Epiſcopi teſti-

monia, hanc conſuetudinem planiſſime confirmantia, ſed unicum ego illud proferre ſtatuo, quod in extremo trigeſimo primo ipſius Auguſtini de Diverſis Sermone non omnibus patet: uſitatam nimirum priſcis iis temporibus hujuſce modi Libellorum formulam; hac enim in medium vocata, velut adhibito lumine, res tota, ſi quid ego video, illuſtrabitur. Libelli porro Inſcriptio ea eſt: *Exemplar Libelli dati a Paulo* (fuerat is B. Martyris Stephani deprecationibus ad ſanitatem reductus) *ſancto Auguſtino Epiſcopo*. Inſcriptioni mox ſubjiciuntur verba, quæ dicere ſolebat ſanitati redditus, dum Libellum Epiſcopo publice recitandum exhibebat; ſunt autem iſta: *Rogo, Domine beatiſſime Papa Auguſtine, ut hunc Libellum meum, quem ex præcepto tuo obtuli, ſanctæ plebi jubeas recitari*. Libellus porro ipſe ita concipiebatur; quem, etſi multum verborum continet, tamen quia rem omnem ordine explicat, & pæne oculis ſubjicit, ad utilitatem legentium, quam ſpectamus nuam, adſcribere totum minime gravabimur. *Cum adhuc in Patria Cæſareæ Cappadociæ moraremur, frater noſter natu major gravibus atque intolerandis communem matrem affecit injuriis, ut ei etiam manus non dubitaret inferre: quod nos omnes filii pariter congregati patienter tulimus, ut ne verbum quidem fratri noſtro pro matre noſtra, cur hoc faceret, dixerimus. Illa autem, feminei doloris ſtimulis incitata, injurioſum*

filium

m maledicendo punire conſtituit, Cumque ad
i Baptiſmatis fontem poſt gallorum cantus me-
ato filio ſuo iram Dei imprecatura properaret,
ei neſcio quis in patrui noſtri ſimilitudine, ut
'ligitur, Dæmon occurrit, & ab ea prior, quæ
eret, requiſivit: cui illa ad maledicendum filio
ob intolerabilem contumeliam ſe ire reſpondit,
c autem ille inimicus, quoniam in mulieris
e inſaniente locum facile invenire potuit, ut
ibus malediceret, perſuaſit. Illa autem vipe-
inflammata conſiliis, ſacrum fontem provoluta
ipuit, & ſparſis crinibus, nudatiſque uberibus
a Deo potiſſimum poſtulavit, Ut extorres patria,
ircumeuntes alienas terras, omne hominum ge-
noſtro terreremus exemplo. Mox maternas
es efficax vindicta proſequitur: eumdemque con-
fratrem noſtrum, ætate culpaque majorem,
ior membrorum tantus invaſit, quantum in me
e ante hoc triduum veſtra ſanctitas vidit. Ser-
autem ordine, quo nati eramus, intra unum
m eadem nos pœna omnes corripuit. Videns
m mater, maledictiones ſuas ad tantam effi-
em perveniſſe, impietatis ſuæ conſcientiam &
obrium hominum diutius ferre non potuit, ſed
eo guttur adſtringens, luctuoſam vitam termi-
ineſtiore concluſit. Egreſſi ergo nos omnes,
obrium noſtrum non ferentes, & communem
iam relinquentes, paſſi ſumus per diverſa diſ-
i. Ex nobis autem omnibus decem fratribus,
naſcendi quoque ordine primum ſequitur, ad

glorioſi Martyris Laurentii memoriam, quæ apud Ravennam nuper collocata eſt, ſicut audivimus, meruit ſanitatem. Ego autem, qui naſcendi ordine ſum ſextus illorum, cum hac ſorore mea, quæ me ætate ſubſequitur: ubicumque gentium, ubicumque terrarum, loca eſſe ſacra, in quibus operaretur Deus miracula, comperiſſem, magno deſideratæ ſanitatis amore carpebam iter. Sed ut de ceteris celeberrimis Sanctorum locis taceam, etiam ad Anconam Italiæ civitatem, ubi per glorioſiſſimum Martyrem Stephanum multa miracula Dominus operatur, eadem circuitione perveni. Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco divina prædeſtinatione ſervabar. Nec Uzalim civitatem Africæ prætermiſi, ubi beatus Martyr Stephanus prædicatur frequenter operari. Verumtamen ante hos tres menſes, id eſt, Calendarum Juniarum die, tam ego, quam ſoror mea, quæ hic mecum eſt, eadem adhuc paſſione detenta, evidenti ſumus viſione commoniti. Ait enim mihi quidam aſpectu clarus, & candido crine memorabilis, quod intra tertium menſem deſiderata eſſet mihi ſanitas affutura. Sorori autem meæ in viſione ſanctitas tua in ea effigie, in qua te præſentes videmus, apparuit: per quod nobis ſignificatum eſt, ad iſtum locum nos venire debuiſſe. Nam & ego beatitudinem tuam ſæpius poſtea videbam per alias civitates in itinere, quo veniebamus, talem prorſus, qualem modo conſpicio. Admoniti ergo evidenti auctoritate divina, ad hanc venimus civitatem ante dies ferme quindecim.

decim. Paſſionis meæ vel loculi veſtri teſtes ſunt; vel miſerabilis ſoror mea, quæ ad eruditionem omnium communis mali praebet exemplum, ut, qui in illa, qualis ego fuerim, vident, in me quantum per Spiritum Sanctum ſuum Dominus ſit operatus, agnoſcant. Orabam ego quotidie cum magnis lacrymis in loco, ubi eſt memoria glorioſiſſimi Martyris Stephani. Die autem Dominico Paſchae, ſicut alii, qui praeſentes erant, dum omnis cum magno fletu cancellos teneo, ſubito cecidi. Alienatus autem a ſenſu, ubi fuerim, neſcio: poſt paululum aſſurrexi, & illum tremorem in corpore meo non inveni. Huic itaque tanto Dei beneficio non ingratus hunc Libellum obtuli, in quo etiam quae de noſtris calamitatibus ignorabatis, & quod de mea incolumitate & ſalute cognoviſtis, exhibui, ut & pro mea ſorore orare dignemini, & pro me agere Deo gratias.

Talis ergo erat Auguſtino datus a Paulo Libellus: talis erat expreſſa hujuſmodi Libellorum formula: in qua ſane illud etiam debet animadverti, dari ſolitos hoſce Libellos publice recitandos, ut & qui ſalutem acceperant, gratos ſe ac memores beneficii aliquo modo oſtenderent, & allicerentur præterea ceteri homines; atque excitarentur ad gratias Deo agendas. Nec me fugit tamen, aliam quoque adſignari ab ipſomet Auguſtino ejus rei rationem, ut nimirum hujuſmodi miraculorum memoria ſemper in omnium ſermonibus ac mentibus hæreret: ita enim

inquit

inquit Auguſtinus citato XXII. de Civitate Dei lib. cap. 8. *Libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis; id namque fieri voluimus, cum videremus, antiquis ſimilia divinarum ſigna virtutum etiam noſtris temporibus frequentari, & ea non debere multorum notitiæ deperire.* Quam eamdem ob cauſam puto illud etiam facere ſolitos Epiſcopos, ut illi ipſi, qui ad ſalutem redierant, poſt lectum eorum Libellum, proponerentur in Eccleſia, palamque in omnium conſpectu collocarentur: qua de re non ita multo poſt dicam uberius.

Hujuſmodi porro Libellos, Epiſcopo, ut vidimus, datos, Lector deinde, vel proxime ante Concionem, vel ſub ejus finem publice de ſcripto ad populum recitabat. Cujus ſane conſuetudinis eumdem Auguſtinum non ſemel, neque uno in loco, teſtem invenimus. In libro XXII. de Civitate Dei cap. 8. ita ſcriptum eſt: *Si miracula ſanitatum, ut alia taceam, ea tantummodo velim ſcribere, quæ per hunc Martyrem, id eſt, glorioſiſſimum Stephanum, facta ſunt in Colonia Calamenſi, & in noſtra, plurimi conficiendi ſunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, ſed tantum de quibus Libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis.* Nec multo poſt: *Petroniam clariſſimam feminam, quæ ibi mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo Medicorum adjutoria cuncta defecerant, languore ſanata eſt, hortati ſumus, volente ſupra dicti loci Epiſcopo, ut Libellum daret,*

qui

qui recitaretur in populo, & obedientiſſime paruit. Et aliquanto infra: *Sequenti itaque die, poſt Sermonem redditum, narrationis ejus Libellum in craſtinum populo recitandum promiſi. Quod cum ex Dominico Paſchæ die tertio fieret, in gradibus Exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres, cum eorum legeretur Libellus. Intuebatur populus univerſus ſexus utriuſque, unum ſtantem ſine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipſum non viderant, quid in eo divinæ miſericordiæ factum eſſet, in ejus ſorore cernebant. Videbant enim, quid in eo gratulandum, quid pro illa eſſet orandum. Inter hæc recitato eorum Libello, de conſpectu populi abire eos præcepi.* In Sermone autem 51. de Sanctis idem aliis verbis oſtendit; ea ſunt: *Habemus & Libellum de beneficiis Dei per ſanctum Martyrem datis, pariter libentius audiamus.* Et in Sermone 29. de Diverſis de eadem re longe manifeſtius: *De miraculis Dei per orationes beatiſſimi Martyris Stephani Libellos ſolemus audire.* Sermone 30. *Diximus quidem hoſterno die, ſicut meminit caritas veſtra, Hujus Libellus aſpectus eſt: tamen, quia nonnulla nobis indicavit, quæ noſſe debetis ad majorem admirationem, & Domini noſtri gloriam de ſuorum Sanctorum memoriis, de quibus dictum eſt,* Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, *etiam Libellum dare decet, qui habet omnia, quæ ex ejus ore cognovimus. Sed, ſi Dominus voluerit, hodie parabitur & vobis die craſtino recitabitur.*

bitur. Sermone 31. *Heſterno die Libellum promiſimus caritati veſtræ, ubi de illo ſanato audire etiam poſſitis, quæ videre non potuiſtis.* Sermone demum 39. *Ego quia mando memoriæ de Libellis miraculorum Martyris, quæ in conſpectu veſtro leguntur; ante dies lectus eſt quidam Libellus, ubi cuidam ægrotæ*, &c. Ex quibus omnibus Auguſtini locis, ſi modo eos ſemel inſpexerit, per ſe quiſque penitus intelliget, morem noſtrum appoſite confirmari. Sed præter Auguſtinum offert nunc mihi ſeſe in hanc rem Evodius, Uzalenſis Epiſcopus, Scriptor ſane vetus, ut qui ipſius Auguſtini æqualis fuerit; idemque valde doctus, id quod ex ejus ſcriptis libris, qui ad nos pervenerunt, ſatis eluceſcit: atque is in 2. de Miraculis ſancti Stephani libro cap. 1. conſuetudinem, qua de agimus, his verbis veriſſime exprimit: *Bene mecum recolit ſanctitas veſtra, ſanctiſſimi Patres & Fratres, quod cum in conventu noſtræ hujus Uzalenſis Eccleſiæ Stephani primi Martyris Chriſti miracula fideliter deſcripta & publica atteſtatione comprobata, ante hoc tempus vobis, qui adfuiſtis, de publico recitarentur, hoc quoque pleniſſimæ gratulationis munus, ipſo amico Dei, ut credimus, procurante, dilectioni veſtræ exhibitum, ut, poſt recitationem divinorum operum atque geſtorum, ipſarum etiam perſonarum, in quibus illa mirabilia facta, quaecumque in praeſenti reperiri potuerunt, demonſtratio perſpicua & profeſſio propria non ſolum ſcriptis noſtris teſtimonium perhiberent,*

berent, verum etiam oculis aſpectibuſque veſtris fidem veritatis ingererent. Unde factum eſt, dum ipſæ virtutes Dei veſtris auribus primitus per lectionem intimarentur, &c. Et mox: *Ubi enim pronunciaverat Lector quamlibet hiſtoriam, verbi gratia, primitus de quadam cæca poſtea illuminata, ſtatim terminato ſermone*, &c. Et iterum paulo poſt: *Item cum de paralytico ſanato, multis antea cognito, præceſſit lectio; continuo idem, qui ab ejuſmodi infirmitate fuerat curatus*, &c. Atque iſta quidem ſunt Auguſtini & Evodii hac de re teſtimonia.

Neque vero reticere debeo in præſentia, quod & ante indicavi, poſt recitatos hujuſmodi Libellos, eos ipſos, qui Sanctorum ope ac deprecationibus in priſtinam fuerant reſtituti ſalutem, produci in proſpectum conſueviſſe, palamque in oculis omnium collocari; ea nimirum de cauſa, ut miraculorum memoria in omnium animis ac ſermonibus fixa perpetuo maneret. Atque hoc eodem Auguſtino teſte dicimus, apud quem ita in Sermone 29. de Diverſis ſcriptum legitur: *De miraculis Dei per orationes beatiſſimi Martyris Stephani Libellos ſolemus audire. Libellus hujus (qui fuerat ad ſanitatem reductus) aſpectus eſt; pro ſcriptura, notitia; pro charta, facies demonſtratur. Qui noſtis, quod in illo dolentes videre ſolebatis, in præſenti gaudentes legite, quod videtis, ut Dominus Deus noſter abundantius honoretur; & quod in Libello conſcriptum eſt, in veſtram*

ſtram memoriam conſcribatur. Sermone 31. *Heſterno die Libellum promiſimus caritati veſtræ, ubi de illo ſanato audire etiam poſſitis, quæ videre non potuiſtis. Si ergo placet caritati veſtræ, immo quia placere debet, quod & mihi placet, ambo fratres ſtent in conſpectu veſtro, ut, qui illum non viderant, in iſta videant, quid ille patiebatur. Stent ergo ambo; unus, cui donata eſt gratia, & altera, cui potenda eſt miſericordia.* Sermone 32. *Et cum hæc diceret Auguſtinus, populus de memoria ſancti Stephani clamare cæpit, Deo gratias, Chriſto laudes; In quo continuo clamore puella, quæ curata eſt, ad Abſidam perducta eſt. Qua viſa populus cum gaudio & fletu, nullis interpoſitis ſermonibus, ſed ſolo ſtrepitu interpoſito, aliquamdiu clamorem protraxit,* Et citato 22. de Civitate Dei libro cap. 8. *Sequenti itaque die, poſt Sermonem redditum, narrationis ejus Libellum in craſtinum populo recitandum promiſſi. Quod cum ex Dominico Paſchæ die tertio fieret, in gradibus Exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres, cum eorum legeretur Libellus. Intuebatur populus univerſus ſexus utriuſque, unum ſtantem ſine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipſum non viderant, quid in eo divinæ miſericordiæ factum eſſet, in ejus ſorore cernebant. Videbant enim, quid in eo gratulandum, quid pro illa eſſet orandum. Inter hæc recitato eorum Libello, de conſpectu populi abire eos præcepi.* Et ſtatim: *Ecce me diſputante, voces aliæ de memoria Martyris novæ gratulationis audiun-*

ur, Converſi ſunt eo, qui me audiebant, cœ-
itque concurrere. Illa enim, ubi de gradibus
ndit, in quibus ſteterat, ad Sanctum Martyrem
perrexerat; quæ mox ut cancellos attigit, col-
ſimiliter velut in ſomnum, ſana ſurrexit. Dum
requireremus, quid factum fuerit, unde iſte
itus lætus extiterit, ingreſſi ſunt cum illa in Ba-
m, ubi eramus, adducentes eam ſanam de Mar-
loco. Tum vero tantus ab utroque ſexu admira-
clamor exortus eſt, ut vox continuata cum la-
is non videretur poſſe finiri. Perducta eſt ad eum
, ubi paulo ante ſteterat tremens. Exultabant
ſimilem fratri factam, cui doluerant remanſiſſe
nilem. Et nondum fuſas preces pro illa, jam ta-
præviam voluntatem tam cito exauditam eſſe
bant. Et Evodio etiam, Uzalenſi Epiſco-
quo pauca hæc noſtro arbitratu ex ſuperius
cto lib. 2. de Miraculis ſancti Stephani capi-
imo ſumpſimus: *Bene mecum recolit ſanctitas*
a, ſanctiſſimi Patres & Fratres, quod cum in
ntu noſtræ hujus Uzalenſis Eccleſiæ Stephani pri-
artyris Chriſti miracula fideliter deſcripta & pu-
atteſtatione comprobata, ante hoc tempus vobis
dfuiſtis, de publico recitarentur, hoc quoque
ſſimæ gratulationis munus, ipſo amico Dei, ut
mus, procurante, dilectioni veſtræ exhibitum ſut
ecitationem divinorum operum atque geſtorum,
um etiam perſonarum, in quibus illa mirabilia
, quæcumque in præſenti reperiri potuerunt, de-
ratio perſpicua, & profeſſio propria, non ſolum

ſcriptis

ſcriptis noſtris teſtimonium perhiberent, verum etiam oculis aſpectibuſque veſtris fidem veritatis ingererent. Unde factum eſt, dum ipſæ virtutes Dei veſtris auribus primitus per lectionem intimarentur, etiam viſibus veſtris oculata fide præſentarentur. Et poſtea: *Erat namque in tanta re cœleſtis gloriæ ſpectaculum grande. Ubi enim pronunciaverat Lector quamlibet hiſtoriam, verbi gratia, primitus de quadam cæca poſtea illuminata, ſtatim terminato ſermone, hæc eadem perſona requiſita in populo, & inventa, & in medio omnis Eccleſiæ producta, admirantibus & congratulantibus, videbatur ſola jam ſine ullo comite ac duce, ſicut prius ſolebat, incedere; ipſaque etiam per ſe gradus Abſidæ conſcendens, univerſis eminus conſpicienda adſtabat, & teſtimonium in ſe divinæ gratiæ, ipſorum ſuorum illuminatione oculorum, veluti fidelium teſtium, tacita quadam prædicatione proclamabat. Item cum de paralytico ſanato, multis antea cognito, præceſſit lectio; continuo idem, qui ab ejuſmodi infirmitate fuerat curatus, ſimiliter productus eſt populo, propriis gradiens paſſibus, cum totius Eccleſiæ magno gaudio cernebatur, præconia divinæ laudis quibuſdam conteſtans palpabilibus documentis, ipſi ſanatis ſui corporis integris membris.* Hactenus Evodius, in cujus teſtimonio a ſcribendi labore de miraculis, atque adeo de iis omnibus, quæ olim intra concionandum indici, ac denunciari ſeu promulgari ſolebant, acquieſcendum. Pergamus deinceps ad reliqua, quæ de ipſa adhuc Concione utiliter dici poſſe videntur.

CA-

CAPUT XXXI.

n licitum ſit in Concionibus, præſertim e veneranda Chriſti Domini Paſſione, d affectus concitandos animoſque permo- endos, externa quædam ſigna, fictaſque erſonas, ac corporeas ſuppliciorum imagi- es nonnumquam producere in Auditorum nſpectum. Ethnicorum Oratorum hac in consuetudo. Adducitur Chryſoſtomi lo- s, in quo, ut Auditores a jurejurando terreat vir ille beatiſſimus, Joannis Ba- iſtæ caput in Concione veluti apponit. Ex- rnis hujuſmodi ſignis commoti interdum uditores, olim etiam, ſcelerum veniam Deo implorarunt, Miſericordiam con- ntis vocibus frequenter inclamantes. Gar- e Loaysæ opinio perpenditur.

Z t o, permultis non admodum probari Concionatores illos, qui, ad excitandos af- s animoſque permovendos, externa ſigna, ſque perſonas, ac corporeas quaſdam ima-

gines producunt nonnumquam in Auditorum proſpectum. Quibus ego, ut id, quod ſentio, dicam, haud repugnanter aſſentior; ob eam potiſſimum cauſam, quod in iis producendis quædam ſæpe occurrunt, quæ riſum magis excitent, quam moveant dolorem. Quoniam tamen oculorum ſenſus omnium acerrimus eſt, validiuſque irritant animos, quæ oculis ſubjiciuntur, quam quæ demiſſa per aures influunt; non gravate conceſſerim, poſſe nonnumquam, præſertim in Concionibus de venerandis Chriſti Domini cruciatibus, ad multitudinis animos ſollicitandos ac commovendos, (ſi modo prudenter illud & opportune, non frigide & affectate procedat) ſigna quædam externa proferri, nec non & ſuppliciorum inſtrumenta in Auditorum conſpectu poni.

Enimvero, *non ſolum dicendo*, (ut Quintiliani verbis utamur lib. 6. cap. 1.) *ſed etiam faciendo quædam, lacrymas movemus: unde & producere ipſos, qui periclitantur, ſqualidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes, inſtitutum: & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, & lecta e vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolvi, ac vulnerata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerumque vis eſt, velut in rem praeſentem animos hominum ducentium. Et populum Romanum egit in furorem praetexta Caii Caeſaris prolata in foro cruenta. Sciebatur, interfectum eum; corpus denique ipſum impoſitum lecto erat;*

erat; veſtis tamen illa, ſanguine madens, ita repræſentavit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi videretur. Ac de Cæſaris quidem veſte Dio quoque Caſſius atteſtatur lib. 44. Non alia re magis excitatum populum Romanum, quam cum eam laceram & cruentam explicans in Concione Antonius, exclamavit, *Heu tunicam diſcerptam ac dilaceratam! Cæſar invictiſſime, invictiſſime Cæſar. Hanc ideo ſumpſeras, ut in ea morereris?*

Quapropter jam per me liceat ſacro interdum Oratori, maxime in Concionibus de Chriſti Domini Paſſione, ut dolorem excitet, eliciatque lacrymas e duriſſimis Audientium pectoribus ob tormentorum Chriſti Domini acerbitatem, oſtendere crucis imaginem; fictam Chriſti perſonam ad columnam alligati, & virgis ad necem fere cæſi, producere; diſcindere velum; clavos promere; & alia cruciatuum inſtrumenta prudenter & appoſite Auditorum oculis ſubjicere.

Atque hunc quidem morem veterum Patrum teſtimoniis etſi confirmare non queo, extat tamen nobilis apud Chryſoſtomum locus, in quo, uti jurisjurandi deteſtationem Auditorum mentibus commoveat vir ille beatiſſimus ac eloquentiſſimus, Joannis Baptiſtæ caput in proſpectum producit, non in externo quidem illud ac corporeo ſigno, ſed in orationis tamen imagine, pallidum, cruentum, attrectandum ma-

nibus, domum aſportandum; cui etiam vocem tribuit ac locutionem. Sed ipſum audire Chryſoſtomum par eſt, ita fere, quod ad rem noſtram intereſt, ſcribentem: *Antea vos rogavi, ut Joannis caput abſciſſum, adhuc calido cruore diſtillans, ſumentes, ſic domum quiſque ſuam redeatis, & putetis ante oculos habere ipſum, vocem emittentem, & dicentem: Odio habete jugulatorem meum, juramentum: quod increpatio non fecit, hoc fecit juramentum; quod ita non potuit Tyranni, hoc perjurii neceſſitas effecit: & quando nempe omnibus publice audientibus arguebatur, increpationem generoſe tulit Tyrannus; cum vero ſe in juramentorum neceſſitatem adegit, tunc illud beatum caput abſcidit. Hoc ipſum igitur, & nunc peto, & petere non deſiſtam, ut, quocumque abierimus, hoc geſtantes caput abeamus, & omnibus clamans oſtendamus, & juramenta condemnans: quamvis namque valde ſimus ignavi & negligentes, capitis illius oculos intuiti, terribiliter nos reſpicientis, & minantis jurantibus fræno omni vehementius pertimorem hujuſmodi repreſſi, cohibere & avertere facile poterimus linguam a jurandi præcipitio.* Illuſtre ſane exemplum, ad cujus ſimilitudinem, meo quidem judicio, poſſunt Concionatores, ad Auditorum animos excitandos ac permiſcendos, non modo complures alias Orationis imagines prudenter exprimere, verum etiam externa ipſa interdum ac corporea ſigna, fictaſque perſonas, & tormentorum inſtrumenta opportune producere.

Quo-

Quoniam autem ſæpe fit, ut externis hujuſmodi ſignis ac imaginibus appoſite prolatis excitati Auditores & commoti, ſive ad dolorem, ſive ad vitiorum deteſtationem, non ſibi queant temperare; quin contentis quibuſdam vocibus, concepti nimirum doloris ac deteſtationis teſtibus, ſcelerum veniam a Deo expoſcant, miſericordiam iterum ac ſæpius inclamantes: quæret forſitan aliquis, num aliquod hujuſmodi conſuetudinis apud Antiquos extet veſtigium. Accipe unum, inſtar omnium. Canon VII. Concilii Toletani IV. ita habet: *Comperimus, quod per nonnullas Eccleſias in die ſextæ Feriæ Paſſionis Domini, clauſis baſilicarum foribus, nec celebratur officium, nec Paſſio Domini populis prædicatur; dum idem Salvator noſter Apoſtolis ſuis præceperit, dicens*, Paſſionem & mortem & reſurrectionem meam omnibus prædicate. *Ideo oportet eodem die Myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis nunciandum voluit, prædicari, atque Indulgentiam criminum clara voce omnem populum poſtulare.* Hic ne veſtigium quidem Sacramentalis Confeſſionis, ut voluit Garſias Loayſa; ſed ea hujus Canonis mens eſt, ſi quid video, denunciandam eſſe Paſſionem Chriſti, atque ita illius commonefaciendum populum, ut, cum eum viderit ob ſua peccata probris affectum, tormentis vexatum, turpiſſimæ denique morti datum, veniam criminum alta voce poſtulet, & erumpat in has aut ſimiles voces, *Indulge Chriſte*. Pium enim

populum aliquando præ dolore in voces erumpere & vidimus & audivimus, nec non & pectora tundere, cum audiebat aliquid quod de conſcientia peccatorum vel confeſſione ſubmoneret. Hoc teſtificatur S. Auguſtinus Serm. XXVIII. in Natali Martyrum: *Nam cum Scriptura commemoraſſet eos, qui non intrabunt, ibi etiam nominavit homicidas, non expaviſtis. Nominavit fornicatores: audivi, quia pectora contudiſtis. Ego audivi, ego vidi, & quod non vidi in cubilibus veſtris, vidi in ſonitu, vidi in pectoribus veſtris, quando contudiſtis pectora veſtra. Ejicite inde peccatum. Nam pectora veſtra tundere, & hac eadem facere, nil eſt aliud quam peccata pavimentare.* Quod quidem uſque adeo frequentabant, ut intempeſtive nonnumquam uſurparent. Unde in Sermone VIII. de verbis Domini, cum ad illa verba (*Confiteor tibi Pater*) pectora populus de more tutudiſſet, ſcite arguens illos Auguſtinus: *In hoc ipſo*, inquit, *quod ſonuit* Confiteor, *pectora tutudiſtis. Tundere autem pectus quid eſt, niſi arguere quod latet in pectore, & evidenti pulſu occultum caſtigare peccatum? Quare hoc feciſtis, niſi quia audiſtis* Confiteor tibi Pater? *Confiteor audiſtis, qui confitetur non attendiſtis. Nunc ergo advertite. Si* Confiteor *Chriſtus dixit, a quo eſt longe omne peccatum, non ſolius eſt peccatoris, ſed etiam laudatoris. Confitemur, ergo, ſive laudantes Deum, ſive accuſantes nos ipſos.*

CA-

CAPUT XXXII.

Sacræ olim Conciones Sanctiſſimæ Trinitatis invocatione & laudatione concluſæ ut plurimum ac terminatæ. Hujuſmodi invocatio ac laudatio non una ſemper eademque verborum formula concipi ſolita. Æterna etiam bona, cœleſtiumque irarum veniam, ut nunc paſſim fit, Auditoribus a Deo expoſcebant interdum Concionatores, atque ita ſuas terminabant Conciones.

EXtremam placet hoc loco veterum Concionum clauſulam paucis excutere. Conſueverunt priſci Patres, omnes pæne Conciones ſuas Sacroſanctæ Triados invocatione & laudatione concludere ac terminare: atque hoc beatiſſimo viro Baſilio teſte dicimus; apud quem ita in libro de Spiritu Sancto cap. primo non obſcure ſcriptum legimus: *Nuper oranti mihi ad populum, & utroque modo glorificationem abſolventi, Deo ac Patri: interdum cum Filio ipſius ac Spiritu Sancto, interdum per Filium in Spiritu Sancto, cum alii quidem ex his, qui tum aderant, id obſervarent, dicentes, nos non modo peregrinis*

ac novis uſos vocibus, verum etiam inter ſe pugnantibus, tum tu præcipue, nimirum conſulens illorum utilitati. Hæc ſunt Baſilii verba, ex quibus, ſicut intelligitur facillime, Sanctiſſimæ Trinitatis invocationem ac glorificationem fuiſſe conſuetam veterum Concionum concluſionem, ut modo dicebamus; ita illud perſpici licet, non una illam eademque ſemper verborum formula concipi ſolitam.

Placet autem hoc loco uſitatas aliquot ac communes hujuſmodi clauſularum formulas ex Patrum Concionibus adſcribere, quo minori quivis labore de toto hoc ritu poſſit exiſtimare: illæ vero ſunt hujuſmodi: Gregorii Nazianzeni quidem: *In Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & Patri cum Spiritu Sancto in ſecula ſeculorum, Amen.* Chryſoſtomi: *Gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem & cum quo Patri una cum Spiritu Sancto gloria, imperium, bonor, nunc & ſemper in ſecula ſeculorum, Amen.* Cyrilli vero Alexandrini: *In Chriſto Jeſu Domino noſtro, per quem & cum quo Patri gloria & imperium cum Sancto Spiritu in ſecula ſeculorum, Amen.* A Græcis hiſce Patribus non longe diſcedens beatiſſimus Leo Papa omnes ferme Conciones ſuas in hunc modum concludit: *Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui vivit & regnat cum Deo Patre & Spiritu Sancto in ſecula ſeculorum, Amen.* Si eſt autem, ut aliquis dubitet, quin hanc eamdem concluſionem, etſi

non

non iisdem omnino conceptam verbis, alii quoque Patres complures usurparint, lectis Zenonis, Origenis, Athanasii, Hierosolymitani Cyrilli, Basilii, Gregorii, Ambrosii, Chrysologi, Cæsarii, ac Gregorii Magni Concionibus; is, opinor, dubitare desinet. Quamquam scio, ex eis nonnullos haud ita sese in hac invocationis ac glorificationis clausula effudisse; vel iis solis nimirum verbis quandoque contentos: *Cui* (Christo) *gloria in sæcula sæculorum, Amen.*

Nec me fugit etiam, alios extitisse, qui (quemadmodum nunc fit assidua & communi pæne omnium Concionatorum consuetudine) Auditoribus æterna bona, cœlestiumque irarum veniam a Deo expoſcerent, atque ita suas concluderent Conciones. In eis sunt, Origenes, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Ambrosius, Augustinus, Leo, Gregorius, & alii non pauci, cum Græci, tum Latini Patres: quorum testimonia quia nimis longum esset persequi, & patet in promptuque sunt omnibus, idcirco ea sciens prætermitto.

CA-

CAPUT XXXIII.

Proxime poſt Concionem facta olim communes ad Deum preces.

RES iſta etſi admodum dubia non eſt, tamen non puto alienum, aliquot graviſſimorum Auctorum locis, quaſi teſtibus, eam confirmare. Conſtitutionum Apoſtolicarum Auctoris de hoc ritu verba ſunt in libro 2. cap. 57. *Deinde* (poſt Preſbyterorum & Epiſcopi exhortationes ad populum) *cuncti pariter conſurgentes, & in orientem ſpectantes, egreſſis Catechumenis & Pœnitentibus, precentur Deum.* Juſtinus etiam Philoſophus ac Martyr extrema ad Antoninum Apologia ejuſdem conſuetudinis illuſtre dat teſtimonium, ſic inquiens: *Die, qui Solis dicitur, omnes, qui in oppidis vel agris morantur, unum in locum conveniunt, commentariaque Apoſtolorum, vel Prophetarum ſcripta leguntur, quamdiu hora patitur: deinde, ubi is, qui legit, deſtitit, is, qui præeſt, admonet & hortatur, ut ea, quæ lecta ſunt, bona imitemur: tunc ſurgimus omnes & precamur.* Hoc idem nobis Origenes indicat, ad finem Homiliæ tertiæ in Iſaiam ita ſcribens: *Revera abſtulit opprobrium Jeſus, idcirco ſurgentes oremus Deum.* Et extrema Homilia 36. in Lucam: *Quæ omnia cognoſcentes, & quam multa ſint*

genera

genera regnorum, ſurgamus, precemurque Deum. Beati quoque Athanaſii verbis, quibus ſuam de Semente Homiliam concludit, quæ dixi de precibus communibus proxime poſt Concionem factis, facile confirmarim. *Ceterum* (ait) *quia & Sermo noſter ſatis proceſſit, ſurgentes & nos ipſi extendamus manus*, &c. Sed manifeſtius Chryſoſtomus: *Probaſtis* (inquit in Homilia tertia de incomprenſibili Dei natura) *quæ dixi; magno cum tumultu & plauſu admonitionem recepiſtis: ſed velim, curam quoque adhibeatis, ut facto veſtra approbatio oſtendatur; jam non longum poſt tempus periculum faciam obtemperandi: oratio excipere ſolet admonitionem.* Et in Homilia 50. ad caput 14. Matthæi: *Sed jam tempus eſt Sermonem orando concludere: orate igitur nniverſi nobiſcum.* Jam vero tamdem caput hoc pulcherrima illa precatione concludam, qua Sermones ſuos claudere ſolebat S. Auguſtinus: *Converſi ad Dominum Deum Patrem omnipotentem puro corde, ei, quantum poteſt parvitas noſtra, maximas atque uberes gratias agamus, precantes toto animo ſingularem manſuetudinem ejus, ut preces noſtras in beneplacito ſuo exaudire dignetur: inimicum quoque a noſtris actibus & cogitationibus ſua virtute expellat; nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, ſpirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem ſuam perducat, per Jeſum Chriſtum Filium ſuum. Amen.*

CA-

CAP. XXXIV. ET ULTIMUM.

Habendæ Concioni certum ac præfinitum, & fere unius horæ ſpatio concluſum, tempus Concionatoribus olim adſignatum. Ad clepſydram dixerunt veteres Gentium Oratores. Sacri nunc Concionatores ad arenarium plerumque horologium dicunt. In quæſtionem vocatum, qua potiſſimum ratione priſci Patres in concionando conſtituta temporis ad dicendum ſpatia diſtinguere ac metiri ſolerent.

ILlud unum adhuc reſtat, de quo videamus, antequam inchoato huic Libro faſtigium imponatur. Libera-ne, an certis ſpatiis circumſcripta, tempora ad dicendum habuerint olim Concionatores.

Prolixiori ſane dicentis oratione Auditorum animos abalienari potius ac debilitari, quam erigi ac conciliari, fatentur omnes. Huic igitur certo ac communi malo ut medicinam facerent Eccleſiæ Patres, in concionando determinatum dicendi tempus, fereque unius horæ ſpatio concluſum, aut ipſi ſibi præſcribebant, aut ab aliis præfinitum religioſe obſervabant. Hinc & frequen-

quentes illæ longioris orationis nequaquam poſtulatæ excuſationes; & aſſiduæ de anguſtiis temporis querelæ; & interruptus etiam non raro ipſemet dicendi curſus. *Nec nos latet*, (inquit Origenes Homilia 2. in Geneſim) *quod plura in hoc loco profundi & arcani myſterii ſecreta reperiet, quæ nunc nos adducere in medium, vel pro brevitate temporis, vel pro Auditorum labore, non poſſumus.* Et Homilia 21. in Numeros: *Priori quidem lectione tempore excluſi ſumus, ne aliquid etiam de ſecunda dinumeratione diceremus, ſed conveniens eſt omiſſa vel excluſa nunc reddere.* Cyrilli Hieroſolymitani verba ſunt in Catecheſi 13. *Ac multæ cum ſint, quæ fiunt ab illis, contradictiones, age veſtris precationibus adjuti, quantum temporis brevitas patitur, per Dei gratiam de Paſſione nonnulla producemus teſtimonia.* Et paulo poſt: *Multa autem Scripturarum teſtimonia propter temporis anguſtiam prætermittimus.* Et deinde: *Et ſi latius enarrari voles, reperies & alias cauſas; ſed hæc dicta ſufficiant propter temporis anguſtiam, & ne ſit Auditoribus faſtidium audire.* Petrus Chryſologus in ſermone 121. *Differendus eſt Sermo, Fratres, quia & dicendi tempus abſumpſimus; & Lectionis loca, quæ vobis tractanda ſunt maxime, ſubſequuntur.* Beatus Auguſtinus in Homilia 23. Libri Quinquaginta Homiliarum: *Oritur* (ait) *quæſtio profecto ſolvenda, quæ attentionem veſtræ caritatis deſiderat, ne forte ſufficere non poſſimus verbis ad totam ejus obſcuritatem removendam,*

dam; & dilucidandam pro anguſtia temporis. Et aliquanto infra: *Videtis certe profunditatem quæſtionis, ſcio. Videtis anguſtias temporis, & hoc videtis & ſentitis. Accipite ergo pauca; ſi magnitudinis quæſtionis non ſatisfecero, interim præſentem recondite Sermonem, in futuro tenete debitorem*. Rurſus ibidem: *Jam nunc, quantum potuimus, quæſtionem profundam in tantilla temporis brevitate ſolvimus; aut, ſi non ſolvimus, debitores, ut dixi, teneamur*. Et in Sermone 237. de Tempore: *Tractavi, quantum potui, de Judicio, tantumque Sermo productus eſt, ut non remaneret temporis ſpatium, quo poſſem de ceteris diſputare*. Et hæc quidem ſuperiora, non quamdiu voluerint dixiſſe olim Patres, ſed definitum ac conſtitutum temporis ſpatium habuiſſe ad dicendum, ita patefaciunt luculenter, nihil ut fieri queat illuſtrius. Quæ vero mox ſuggeram, convincunt etiam, illud idem tempus in unius ferme horæ curriculum fuiſſe coactum. Atque, ut ita ſentiam, faciunt iidem, quos ſupra adduxi, Cyrillus, Chryſologus, & Auguſtinus. *Quæ cum multa ſint*, (inquit ille in Catecheſi 13.) *& tempus horæ per breve, pauca capiam & præcipua*. Et ſub ejuſdem Catecheſis finem: *Pudet me de his, quos illi Deos appellant; & prætermitto iſta propter euntem horam*. Et in Catecheſi 14. *Cum autem multa ſint ea de re teſtimonia, propter horæ brevitatem his erimus contenti*. Chryſologus in Sermone 112. *Date ergo veniam, Fratres, ſi intra punctum temporis, & horæ unius vix*

mo-

momentum, obſcura lucidare, clauſa reſerare, firmare dubia, profunda contingere, tot ſæculorum ineffabile ſacramentum aperire non poſſum & eloqui. Auguſtinus vero in Sermone 11. de verbis Domini in Evangelium Matthæi: *Semper in Sermonibus, quos ad populos habui, hujus quæſtionis difficultatem, moleſtiamque vitavi, non quia nihil haberem, quod inde utcumque cogitarem; neque enim in re tanta quærere, petere, pulſare negligerem, ſed quia ipſi intelligentiæ, quæ mihi aliquantum aperiebatur, verbis ad horam occurrentibus me poſſe ſufficere non putarem.* Et in Sermone 143. de Tempore: *Hodierno die jam eccę tertio audivimus ex Evangelio Domini noſtri reſurrectionem. Quantum exiſtimo, reſponſum eſt illis; ſicut intelligere poteſtis: ſicut & nos loqui poſſumus, quantum horæ Sermonis permittit.*

Non dubium eſt igitur, quin certum aliquod ac determinatum temporis ſpatium habuerint priſci Patres ad dicendum, atque ideo in unius horæ curriculum ſuas circumſcripſerint Conciones. Illud adhuc incertum, qua ratione conſtituta ac determinataejuſmodi ad dicendum ſpatia diſtinguere ac metiri ſolerent. Atque hic ſi me dicam hærere, nihil certe mentiar: in promptu eſt ambigendi cauſa. Notum eſt enim ex Antiquorum monumentis, Ethnicos olim Oratores, cum Græcos, tum Latinos, ad clepſydram dicere conſueviſſe; hoc eſt, *ad horologium*; (ut Caſſiodori verbis utar in Variarum libro 1. epi-

epiſtola 46.) *ubi Solis meatus ſine Sole cognoſcitur, & aquis guttantibus horarum ſpatia terminantur*: certo nimirum ac conſtituto aquæ ſtillicidio data ad dicendum ſpatia fuiſſe dimenſos: noſtrorum verò temporum Concionatores hic in Italia videmus in arenariis plerumque horologiis illud idem factitare. Hoc igitur videtur reſtare, ut, ex iis alterutrum fuiſſe a priſcis Patribus in concionando uſurpatum, dicamus. Attamen, quominus hoc pro certo adfirmem, vetat mirum eorumdem Patrum hac de re ſilentium: neque enim, qui vel ſubobſcure, vel paulo apertius hanc conſuetudinem commemoravit, poſſe quemquam reperiri puto. Quare nos etiam rem addubitatam relinquentes, hoc uno contenti erimus, ſi id in quæſtionem vocaverimus, quod vere quæſtione dignum eſt. Explicabunt ii fortaſſe, quibus majus contigit aut otium aut ingenium. Et de ipſius Concionis ritibus quidem, cum ex Græcis, tum ex Latinis Patribus, ſatis atque adeo abunde dictum ſit hactenus. Dehinc, ſuſcepti muneris quod ſupereſt, exequamur.

FRAN-

RANCISCI BERNARDINI FERRARII

MEDIOLANENSIS THEOLOGI,

DE RITU

Sacrarum Eccleſiæ Veteris Concionum:

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Concionandi munus Epiſcoporum maxime proprium fuiſſe.

PRoximo Libro de Concionum vocabulis, deque ipſa Concione, quæ cognitu digna videbantur, diligenter quæſita & excogitata tradidi-mus. Ad Concionantem & Auditores jam tandem

demoratio noſtra convertatur. Concionandi munus, jam inde a naſcentis Eccleſiæ temporibus, poſt Apoſtolos, qui (ut habetur Matthæi cap. XXVIII. Marci cap. XVI. Lucæ cap. XXIV. & Joannis cap. XV.) ad id potiſſimum vocati fuere & electi, *ut euntes in mundum univerſum prædicarent Evangelium omni creaturæ*, Epiſcoporum maxime proprium finit. Nihil hic neceſſe eſt, ubi res agitur pæne ex toto manifeſta, cur ſingulos Auctorum locos, hanc veritatem confirmantes, ad verbum recitemus. Quam ob cauſam digitos ad fontes, ut fieri ſolet, intendiſſe nunc quidem contenti erimus. Rem iſtam pleraque Concilia ſtabiliunt, (ut interim Canonicas & Apoſtolicas Scripturas huc facientes, atque ab aliis productas reticeam) Arelatenſe I. can. 16. Carthaginenſe IV. can. 2. & 20. Turonenſe III. ſub Carolo Magno can. 4. Toletanum II. can. 2. Gabilonenſe II. ſub Carolo Magno can. 1. 2. & 14. Trullanum can. 19. Nicænum II. can. 2. Remenſe can. 14. Moguntinum I. can. 25. Lateranenſe ſub Innocentio III. can. 10. & ſub Leone X. Seſſ. 1. & Tridentinum Seſſ. 5. can. 2. & Seſſ. 24. can. 4. Comprobant hoc idem planiſſime permulta ſanctorum Patrum teſtimonia, ex quibus hæc illuſtria maxime indicabo: Ambroſii lib. 1. Officiorum cap. 1; Hieronymi Epiſtola 128. ad Fabiolam; Chryſoſtomi Homil. 7. ex variis in Matthæum locis, & Homil. 15. in primam ad

Ti-

Timotheum; Auguſtini Libro ad Paſtores, Homilia 28. Libri Quinquaginta Homiliarum, de Tempore, Sermone 164. 166. 168. 210. 232. 243. de Sanctis; Sermone 3. 23. & 42; Fulgentii lib. 2. de Veritate prædeſtinationis; Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi Homilia 27; Athanaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani epiſt. 5; ac Magni demum Gregorii in Præfatione Libri 3. Paſtoralis, Homilia 17. in Evangelia, Libro 2. Regiſtri Epiſt. 39. & Lib. 4. Epiſt. 37. Quibus Conciliorum Conſtitutionibus, ac Patrum teſtimoniis, aptè Gunctrhani Francorum Regis verba adjungam ex Præceptione ſeu Edicto ad eos Epiſcopos, qui in II. Matiſconenſem Synodum convenerant. *Licet* (Præceptionis ſeu Edicti verba ſunt, prout ea nobis retulit Antonius Auguſtinus in ſua Veteris Juris Pontificii Epitome, libro 4. titul. 49. cap. 47. & 48.) *abſque veſtra admonitione ad vos* (Epiſcopos) *ſpecialiter prædicandi cauſa pertineat; attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus eſſe participes, ſi filiorum veſtrorum culpas non aſſidua objurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis.* Et aliquanto poſt: *Diebus Dominicis*, &c. *& reliquis ſolemnitatibus*, &c. *vos Apoſtolici Pontifices jungentes vobiſcum Conſacerdotes veſtros, & filios Seniores Eccleſiæ, ac Judices locorum, quoſcumque cognoſcitis, quos vita qualitas honeſta commendat; ita univerſam populi multitudinem conſtanti, vel Deo placita jugiter prædicatione corrigite, ut & bene viventes*

tes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio Pastoralis adducat. Hæc fere Gunctrhanus Rex vere pius ac Catholicus, & Episcopalis hujus muneris egregius æstimator. Hoc loco non mihi quoq; temperare, quin Eliam quoque Cretensem de hoc Episcoporum munere testem producam, ita ferme in suis ad primam Gregorii Nazianzeni Orationem Commentariis scribentem: *Pictores quidem Magistros & Pastores divinus hic Magister vocat, (Episcopos siquidem Pictorum appellatione nominarat in ea Oratione Gregorius) ut qui per varios & multiplices doctrinæ modos, tamquam per colores quosdam, vitam ad Christianæ legis formam expressam, ac dogmatum sinceritatem, &, ut summatim dicam, virtutem omnem, tam quæ in actione, quam quæ in contemplatione sita est, in discipulorum animis pingere debeant. His igitur de causis Pictores eos appellavit*, &c.

CAPUT II.

Episcopis magnum impendet periculum si concionandi munus explere neglexerunt.

ATque hæc quidem, concionandi munus Episcoporum maxime proprium fuisse, planissime docent: proxime vero quæ subjiciam,

co

eo ſpectant, ut & neceſſario id oneris eos ha-
buiſſe ſciri queat. Multa ſunt autem, ex qui-
bus poteſt perſpici hæc in Epiſcopis concionan-
di neceſſitas. Primum omnium eſt periculum,
quod iis impendet, qui delatum ac ſuſceptum
munus explere neglexerint. *Væ erit nobis*, (in-
quit Symmachus Papa in VI. Synodo Roma-
na, de ſe aliiſque Epiſcopis agens) *qui hujus*
miniſterii onus ſuſceptum habemus, ſi veritatem
Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quam Apoſtoli præ-
dicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit no-
bis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, qui erogare
nummularüs jubemur, id eſt, Chriſtianos populos
imbuere & docere. Quid in ipſius Chriſti futuro
diſturi ſumus examine, ſi ſermonum ejus veritatem
confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum
de commiſſis nobis animabus, & de officio ſuſcepto
rationem juſtus Judex Chriſtus Deus noſter diſtri-
ctam exegerit? Ideo nos oportet ſemper nociva re-
ſecare, & auxiliante Domino profutura erigere.
Unde objurgando, hortando, ſuadendo, blandien-
do, conſolando prodeſſe, quibus poſſumus, feſtine-
mus, &c. Eadem, ſed paucis, iterat Nicolaus
Papa, (ut eſt apud Gratianum in Decret. par-
te prima, Diſtinct. 43. c. 5.) ſic inquiens: *Diſ-*
penſatio eſt nobis cœleſtis ſeminis injuncta. Væ, ſi
non ſparſerimus: væ, ſi tacuerimus. Quod cum
lectionis vas formidet, & clamet, quanto magis
cuilibet exiguo metuendum eſt? Proinde ſicut non
eve diſcrimen incumbit Pontificibus, ſiluiſſe pro Di-

vinitatis cultu, & Eccleſiæ correctione, quod congruit; ita his, quod abſit, non mediocre periculum eſt, qui, cum debeant parere, deſpiciunt. Id ipſum etiam diſcimus ex Athanaſio Patriarcha Conſtantinopolitano in Epiſtola 5. Epiſcopis ad ſuas Diœceſes proficiſcentibus data, cujus loci verba ad faciendam fidem appono, ea vero ſunt hæc: *Quare niſi aperto capite munera Dei, quæ neque oratione conſequi, neque mente comprehendere licet, perpetuo prædicaverimus, quicumque hujuſmodi dignitate Paſtorali præditi ſumus, haud dubie in manus Dei incidemus: niſi, inquam, prædicaverimus, quemadmodum ex nihilo, &c. debemus pœnas daturi ſempiternas.* Agnovit hoc idem Epiſcopis imminens periculum beatus Proſper, ſeu potius Julianus Pomerius in Libro 1. de Vit. Contempl. cap. 21. ait enim: *Ille, cui diſpenſatio commiſſa eſt, etiamſi ſancte vivat, ſi tamen perdite viventes arguere aut erubeſcit, aut metuit, cum omnibus, qui, eo tacente, perierunt, perit.* Sed congerere unum in locum omnia Patrum teſtimonia huc facientia, minime neceſſarium duco; quare ea dumtaxat adjiciam, quæ apud beatiſſimum virum Auguſtinum, de impendente hoc periculo magnopere ſibi metuentem, ſcripta leguntur: *Frequenter in Scripturis Sanctis* (ait in Homilia 5. Libri Quinquaginta Homiliarum) *audivit caritas veſtra, Fratres carissimi, in quo ſint Sacerdotes periculo conſtituti, ſi noluerint implere illud, quod conteſtatur Apoſto-*

lus,

lus, Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra cum omni patientia & doctrina. *Et quia tam grave pondus imminet cervicibus nostris, quibus dicitur*, Si non annunciaveritis iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram: *necesse nobis est, quoscumque negligentes aut secrete aut publice castigare*. Homilia 28. ejusdem Libri: *Dico vobis, libero animam meam; in magno enim sum, non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero. Sed cum ego dixero, & implevero officium meum, vos jam attendite periculum vestrum. Quid autem volo? quid desidero? quid cupio? quare loquor? quare hic sedeo? quare vivo? nisi hac intentione, ut cum Christo simul vivamus*, &c. *Sed si me non audieritis, non tamen ego non tacuero, animam meam liberabo*. Sermone 160. de Tempore; *Ideo loquor, ideo contestor, ideo non taceo, ideo vestimenta mea excutio, ideo in tribunali Dei mei excusatum me habeo. Dicam Deo meo, Domine, non tacui; Domine, talentum, quod mihi dedisti, non abscondi, sed erogavi. Hoc poteris mihi dicere, Serve nequam, Tu dares, ego exigerem. Ecce Domine dedi, tu exige*. Sermone 164. *Ecce dico vobis, ecce clamo vobis, ego me absolvo, erogatorem me posuit Deus, non exactorem; sed tamen ubi possumus, ubi datur locus, non cesso: ubi scimus, corripimus, objurgamus, anathematizamus, excommunicamus, & tamen non corrigimus*. Sermone 168. *Hæc omnia, Fra-*

tres cariſſimi, dum vobis paterna pietate frequenter inſinuo, abſolvo apud Deum conſcientiam meam. Sermone 232. *Ego, Fratres cariſſimi, dum hæc humiliter & cum grandi caritate pro ſollicitudine paterna commonco, abſolvo apud Deum conſcientiam meam.* Sermone tamdem 243. *Hæc ergo, Fratres cariſſimi, ſi vobis ego non dixero, rationem pro animabus veſtris in die Judicii redditurus, ero.* Hæc ex Auguſtino, qui, dum nullis ſe conſcientiæ ſtimulis concitari ait, ſi concionandi munus obeat, acre vero ac ſeverum Dei judicium omnino ſibi ſubeundum, ſi illud idem non expleat, declarat etiam, neceſſario id oneris ac muneris habuiſſe olim Epiſcopos.

CAPUT III.

Epiſcopi olim, cum ipſi per ſe non poſſent, per alios ſolebant concionandi munus explere. Per Præsbyteros id interdum factitatum; interdum per Notarios; aliquando per Diaconos; nonnumquam per Interpretes; ſæpe etiam per Epiſtolas.

EAdem Epiſcoporum in concionando neceſſitas ex eo facile intelligitur, quod, cum ipſi, ſive impediti morbo, ſive negotiis, aut

alia

alia re implicati, per ſe non poſſent hoc muneris explere, per alios id ipſum conficerent.

De beato Joanne Chryſoſtomo, adhuc Preſbytero, narrat Palladius Helenopolitanus Epiſcopus, Antiocheni eum Antiſtis vices in concionando frequenter egiſſe: *Agebat* (inquit Palladius in Chryſoſtomi Vita) *Epiſcopi vices in prædicatione verbi Dei, omniumque corda mirabili facundia, Scripturarum dulcedine ornata, ad ſe rapiebat.* Valerium quoque Epiſcopum Hipponenſem, quod non recte poſſet vir natione Græcus, ob idque Latini ſermonis parum peritus, concionandi munere apud Latinos defungi, vicariam ſibi in eo munere operam Auguſtino Preſbytero dediſſe prodidit Poſſidius in ipſius Auguſtini Vita cap. v. iis verbis: *Sanctus Valerius, ordinator ejus,* (de Auguſtino loquicur) *ut erat vir pius & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat: ſuas exauditas a Domino fuiſſe preces, quas ſe frequentiſſime fudiſſe narrabat: ut ſibi divinitus homo concederetur talis, qui poſſet verbo Dei & doctrina ſalubri Eccleſiam Dei adificare; cui ſe rei homo natura Græcus, minuſque Latina lingua & literis inſtructus, utilem parvidebat. Et eidem Preſbytero poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia Evangelium prædicandi, ac frequentiſſime tractandi, contra uſum quidem & conſuetudinem Africanarum Eccleſiarum. Unde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac providus, in Orientalibus Eccleſiis id ex more fieri ſciens,*

ſciens, utilitati Eccleſiæ conſulens, obtrectantium non curabat linguas, dummodo factitaretur a Preſbytero, quod a ſe Epiſcopo impleri minime poſſe cernebat. Hucuſque Poſſidius, de hoc ritu nihil nobis dubitationis relinquens.

Sed & Notarios aliquando Epiſcopi vices in concionando egiſſe, idoneum teſtem invenimus Magnum Gregorium: hic enim in Prologo ad Librum Quadraginta Homiliarum in Evangelia, Secundino Epiſcopo ſcribens, hæc ait: *Inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ex his, quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent, Sancti Evangelii quadraginta lectiones expoſui. Et quarumdam quidem dictata expoſitio aſſidenti plebi eſt per Notarium recitata; quarumdam vero explanationem coram populo ipſe loquutus ſum; atque ita ut loquebar, ita excepta eſt*, &c. Eſt & alibi ab eodem Gregorio, licet paulo obſcurius, hæc ipſa, qua de agimus, Eccleſiaſtica conſuetudo litteris conſignata; ita enim in Homilia 21. ejusdem Libri ſcriptum legitur: *Multis vobis lectionibus, Fratres cariſſimi, per dictatum loqui conſuevi, ſed quia laſſeſcente ſtomacho ea, quæ dictaveram, legere ipſe non poſſum: & quoſdam veſtrum minus libenter audientes intuor; unde nunc a memetipſo exigere contra meum morem volo, ut inter ſacra miſſarum ſolemnia lectionem Sancti Evangelii, non dictando, ſed colloquendo ediſſeram*, &c. Nactenus Gregorius, qui commemorans, ſtomacho ſe debilitatum ac languentem recitare ea

nullo

nullo modo posse, quæ Notariis jam dictaverat; ipsosque Auditores Notariis pronuncianti-bus haud ita attentas aures præbere: designat certe, fuisse interdum Homilias suas Notariorum voce populo pronunciatas, atque adeo ipsos Notarios Episcopi partes in concionando suscepisse aliquando, ac etiam implesse. Id quod Joannes quoque Diaconus in ipsius Gregorii Vita nobis scriptum reliquit, libro quidem 2. cap. 18. *Ita Stationes per basilicas, vel beatorum Martyrum cœmeteria, secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo viveute certatim discurrit, sollicite ordinavit. Per quas & ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui prævaleret, viginti Homilias Evangelii coram Ecclesia diverso tempore declamavit. Reliquas vero ejusdem numeri dictavit quidem, sed laxescente stomacho languore continuo aliis pronunciandas commisit.* Libro autem 4. cap. 74. in hunc modum: *Dum adhuc Gregorius ad loquendum voce statuque sibi sufficeret, per Stationes discurrens, viginti Homilias Evangelii diverso tempore coram populo declamavit. Reliquas vero ejusdem numeri dictavit quidem, sed laxescente stomacho languore continua aliis pronunciare permisit. Quarum exemplaria Secundino servo Dei perenni mandavit.*

Per Diaconos id ipsum aliquando factitatum, planum fit ex Concilii Vasensis II. can. 2. A. D. 529. in quo ista est: *Si Presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare,*

care, ſanctorum Patrum Homiliæ a Diaconibus recitentur. Si enim digni ſunt Diacones, quod Chriſtus in Evangelio loquutus eſt, legere; quare indigni judicentur ſanctorum Patrum expoſitione publice recitare?

Vicaria quoque Interpretum opera uſos aliquando Epiſcopos diſcimus ex Theodorito in Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. cap. 30. Verba ejus, Latina facta ab Epiphanio Scholaſtico, lege apud Caſſiodorum in tripartita hiſtoria lib. 10. cap. 5: *Videns vero* Chryſoſtomus *cohortem Scythicam Arianis retibus illaqueatam, & cogitans de eorum capienda ſalute, conſilium hujuſmodi venationis invenit. Ejuſdem namque linguæ Preſbyteros, Diaconos, atque Lectores fecit, & unam eis Eccleſiam dedit. Qua occaſione multos eorum cepit, cum & ipſe frequenter illuc iret, & per Interpretem Scythicum divinas lectiones exponeret.* Iterat eadem, ſed paucis omnino ac ſummatim, Nicephorus Calliſtus in Hiſt. Eccles. lib. 13. cap. 3. ſic inquiens: *Ut vero Scytharum quoque multitudinem Ariana liberaret contagione, qui ejuſdem cum illis linguæ eſſent, eis præfecit, ſæpius quoque ipſe eos viſens, doctriniſque ſuis per Interpretem illuſtrans, ad veritatem adduxit.*

Per Epiſtolas demum fuiſſe olim epiſcopale concionandi munus non raro expletum, fidem faciunt ipſæ Apoſtolicæ, quæ ſunt in manibus, Epiſtolæ. Cum enim haudquaquam poſſent Apoſtoli, longinquos viva voce cœleſtibus inſtruere

ſtruere diſciplinis, corruptoſque abſentium mores, præſentes ipſi dicendo formare ac corrigere, per Epiſtolas id ipſum conficere ſtuduerunt. Eſt hoc a Tertulliano adnotatum in Lib. de Præſcriptione adverſus Hæreticos cap. 21. ſic ſcribente. *Quid autem prædicaverint* (Apoſtoli) *id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, & hic præſcribam, non aliter probari debere niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viva, quod aiunt, voce, quam per Epiſtolas poſtea.* De ſanctiſſimo viro Cypriano, Carthaginienſis Eccleſiæ Martyre & Epiſcopo, prodidit Gregorius Nazianzenus, plures ipſum ſolum, in exilio poſitum, per Epiſtolas ad ſubeundum Martyrium induxiſſe, quam cæteros omnes, qui dimicantibus corpore & voce præſentes aderant. Sed ipſum audire par eſt Gregorium: *Tandem in exilium actus* (loquitur de Cypriano oratione 18.) *haudquaquam in privata ſalute ſua vir egregius acquieſcebat, aut præclare ſecum agi putabat, quod vita ipſi erepta non fuiſſet, nec ſecuritatem corporis potius hanc ignominiam, quam animæ periculum interpretatur, ſi otio & ſilentio indulgeret, eorumque ſalutem negligeret, qui graviſſimo tempore periclitabantur, ut qui neminem haberent, qui ipſos ad certamen erudiret, animiſque obfirmaret. Nec enim ad augendum animi robur leve momentum iis affert oratio, qui ad virtutis ſtudium accinguntur, Proinde quamvis corpore abeſſet, ſpiritu tamen aderat, in eodemque cum his,*

qui

qui pugnabant, certamine verſabatur; & quibus lingua opitulari non poterat, iiſdem per literas ſuccurrebat. Aliptem enim, tametſi in exilio poſitus, ſeſe præſtat; cohortatorias orationes conſcribens, pietatemque literarum monumentis prodens; ac plures propemodum ſolus ipſe per Epiſtolas ad ſubeundum Martyrium inducit, quam cæteri per ſe omnes, qui cum dimicantibus præſto erant. Eadem, vel certe non diſſimilia, dici poſſent de beatiſſimis viris Athanaſio & Joanne Chryſoſtomo in exilio conſtitutis, ſed quoniam ſunt ea omnibus in promptu, idcirco iis recitandis ſuperſedebo. Tantum admonebo, exules eos, alterum quidem in oppido Cucuſo commorantem, alterum in monumento patris latitantem, Eccleſiarum ſibi commiſſarum curam per Epiſtolas, cum non poſſent viva voce, præclare geſſiſſe. Legat, qui volet, Theodoritum, Socratem, Sozomenum, Evagrium, Nicephorum, & alios Eccleſiaſticos Scriptores. Non omiſerim autem, recte poſſe huc revocari, quæ de Paſchalibus Cyrilli Alexandrini, ac aliorum Sermonibus ſuperiore Libro cap. 25. dicta ſunt; habitos nimirum illos viva quidem voce ad præſentem populum, ſed poſtea in Epiſtolarum figuram habitumque formatos ad abſentes mitti conſueviſſe. Atque in hunc fere modum legimus Gaudentium Epiſcopum Brixienſem ſuos ad Benevolum transmiſiſſe Tractatus, & Antiochum Monachum plures ad Euſtachium Homilias, &

Magnum

Magnum denique Gregorium duos Homiliarum codices ad Secundinum: ut nimirum, quod præſentes non poterant viva voce, per Epiſtolas conficerent abſentes.

CAPUT IV.

Interdictum olim Epiſcopis, ne in aliena civitate Conciones haberent. Canones id vetantes quomodo intelligendi.

HÆc quidem quamquam ita ſe habeant, non tamen ignoro Canones extare, qui Epiſcopum vetent in aliena civitate Conciones habere. Synodi VI. in Trullo canone 20. ita conſtitutum fuit: *Ne liceat Epiſcopo in alia, quæ ad ſe non pertinet, civitate publice docere; ſi quis autem hoc facere deprehenſus fuerit, ab Epiſcopatu deſiſtat, & Presbyteri munere fungatur.* Hinc facilius intelligetur, quod Oſius Epiſcopus dixerat in Synodo Serdicenſi can. XIV. *Et hoc quoque ſtatuere debetis, ut ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia ſua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni ſerviens voluerit in aliena civitate multo tempore reſidere. Forte enim evenit Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum. Is vero, qui advenit, incipiat contemnere eum, &*

fre-

frequenter facere ſermonem, ut dehoneſtet & infirmet illius perſonam: ita ut ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam & tranſeat ad alienam. Neque tamen ita accipiendi ſunt hujuſmodi Canones, ut ſit omnino interdictum Epiſcopis, ne in aliena civitate Conciones habeant, ſed ne habeant eas publicè præter mentem illius civitatis Epiſcopi. Etenim & uſu fuit olim receptum, quemadmodum mox infra demonſtrabimus, ut peregrini Epiſcopi ad concionandum invitarentur ab ejus civitatis, ad quam veniſſent, Epiſcopo; & privatim poterat docere Epiſcopus, ac quidpiam ex eo quærenti ſatisfacere. Atque hunc verum eſſe illorum Canonum ſenſum ſatis declarant, quæ Zonaras & Balſamon in ſuis ad eos Commentariis ſcripſere: *Ne qua* (ait Zonaras ad 20. Trullanæ Synodi canonem) *inter Epiſcopos cauſa offenſionis exiſteret, nulli propterea Epiſcopo publice in aliena urbe docendi facultatem Patres eſſe voluerunt; nec enim id ſine aliqua præfecti urbis Epiſcopi contumelia fieri poteſt, ſed publicè tantum docendi facultate interdictum; ut viciſſim quidpiam ex eo privatim quærenti ſatisfacere, ſeorſimque docere nequaquam Epiſcopo vetitum, nec aliquid eum, qui id faciat, in ſe culpæ ſuſcipere intelligamus.* Et ad canonem 11. Synodi Serdicenſis: *Si quis* (inquit) *Epiſcopus in alienam civitatem, provinciamve adeat jactabundus, hoc eſt, ut ibi ſe jactet atque oſtentet, laudemque eloquentiæ aucupetur, vel ut reli-*

religioni consecrandæ inserviat; ac de fide & cultu qui Deo exhibendus est, quærat; & quam videlicet fidei, & quam divini cultus rationem sequi debeamus, edoceat, ac diutius ibidem commorari velit, neque sit ejus regionis Episcopus admodum dicendi ac docendi peritus, nec crebriores ipse Conciones habeat, ex quo regionis illius Episcopum contemnere ac velut inerudituṁ notare videatur: perturbationes namque ea res excitat, callideque & versute factum interpretari licet, ut sese nimirum populo illius regionis admiratione eloquentiæ Episcopus commendet, ac sibi Cathedram ejusdem urbis despondeat. Balsamon autem hæc eadem, ut ferme omnia, a Zonara mutuatus, ita perstringit in suis ad eumdem Trullanæ Synodi canonem Commentariis. Canon est apertus: decernit enim; *Ne Episcopus publice doceat in civitate, quæ ad se non pertinet; est enim* (inquit) *hoc dedecus Episcopi illius regionis, & ejus ignorantiæ condemnatio: hoc autem intellige, quando fit præter mentem illius regionis Episcopi, si quis enim ejus voluntate tale quid fecerit, id ei præjudicium non afferet; nam & in alia regione sine ullo præjudicio sacra celebrat quispiam ejus, qui illam habet, voluntate.* Et statim. *Canoni autem recte adjicitur illud, publice; privatim enim interrogantibus de Ecclesiastica aliqua quæstione respondere licet cuilibet & ubique, sicut & XIV. Canon Serdicensis Synodi de ea re aperte loquitur.* Ex quibus Zonaræ & Balsamonis verbis manifesto cernitur, ve-

titos olim Epiſcopos publicas in aliena civitate Conciones habere, quod id ſine magna præfecti ejus civitatis Epiſcopi contumelia ac dedecore nequaquam fieri poſſet, eſſetque publica ejuſmodi Concio, publicum etiam illius ignorantiæ teſtimonium.

CAPUT V.

Peregrini Epiſcopi fuerunt antiquitus ad concionandum invitati ab ejus civitatis, ad quam veniſſent, Epiſcopo. Ejus moris origo tradita. Mediolanenſis Eccleſiæ hac de re conſuetudo.

QUamvis autem vetiti eſſent Epiſcopi, ut modo dicebamus, publicos in aliena Diœceſi Sermones habere; invaluit illa tamen priſcis temporibus in Eccleſia laudabilis conſuetudo, ut peregrini Epiſcopi ad concionandum invitarentur ab ejus civitatis, ad quam divertiſſent, Epiſcopo. Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 2. cap. 62. de peregrino Epiſcopo agens, ait: *Rogabis eum, o Epiſcope, ut Sermones habeat ad populum, ad docendum accomodatos.* Cujus rei rationem reddens, ſubdit: *Peregrinorum enim adhortatio & admonitio valde accepta atque vehementer utilis eſſe conſuevit; nemo enim Propheta*

Prophetа acceptus in patria. Videtur autem ex eo mos hic in Eccleſiam invectus, quod Paulus & Barnabas, ut eſt in Actis Apoſtolorum cap. 13. e Cypro regreſſi in Aſiam, Antiochiæ Piſidiæ ingreſſi Synagogam die Sabbati, ab ejuſdem Synagogæ Principibus invitati fuere, ut, ſi quis eſſet in eis Sermo exhortationis ad plebem, dicerent, Hunc utique morem fuiſſe non ſemel uſurpatum a beatiſſimis viris Gregorio Nazianzeno & Joanne Metropolitano Epheſi, tradit diſertis verbis Balſamon ad 20. ſuperius adductum Trullanæ Synodi canonem: *Magnus* (inquit) *in Theologia Gregorius, cum Saſimorum eſſet Epiſcopus, multos Sermones legit Nazianzi, cum pater ejus in ea civitate Epiſcopus eſſet, & hoc oſtenditur ex oratione, quæ ſic habet, Cur ſolvitis ordinem laudabilem? Porro & ſapientiſſimus ille Epheſi Metropolitanus Domnus Joannes, qui inſtar fluvii Philoſophiæ fluenta affundit, &* κολυμβήθρα, *id eſt, ſinuoſus, dictus eſt, in eam regionem veniens, quæ illum erat ſortita, cum auctoritate illius regionis Antiſtitum publice docuit*. Retinuiſſe eamdem conſuetudinem Ambroſium conſtat ex Sermone 48. veteris editionis, & Cyrillum Alexandrinum ex Homilia 7. & 8. in ſeque ſervatam teſtis eſt Petrus Chryſologus in Sermone 138. & Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus non uno loco; atque neglectam conqueritur Gregorius Nyſſenus ad Amphilochium ab Helladio Cæſarienſi Epiſcopo. Quin extat ea de re Decretum in

Concilio Carthaginenſi IV. can. 33. iis verbis: *Tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam invitentur Epiſcopi vel Presbyteri, qui cauſa viſitandæ Eccleſiæ alterius Epiſcopi ad Eccleſiam venerint.* Cujus Decreti ea apud Gratianum tranſlatio reperitur 2. p. cap. 7. q. 1. Epiſcopi cap. 38: *Epiſcopi vel Preſbyteri, ſi cauſa viſitandi Eccleſiam alterius Epiſcopi venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam invitentur.* Piam hanc & laudabilem priſcæ religionis conſuetudinem negligi aut intermitti cernens ſanctus Cardinalis Carolus Borromæus, eam, ut alias non paucas, & facto & decreto revocavit, ut in noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ Actis legitur.

CAPUT VI.

Data olim aliqua a concionante Epiſcopo laudatio iis Epiſcopis, qui in Concione præſentes aderant.

ILlud quoque fuit in veteri Eccleſia uſu receptum, ut Epiſcopi inter concionandum, ſi quando aderant aliarum ſedium Antiſtites, aliquam eorum laudationem Concionibus ſuis intexerent. Cujus rei obvia ſunt apud Græcos

&

& Latinos exempla. Sed illuſtre illud Gregorii Nazianzeni Oratione 17. in Magnum Baſilium, quem præſentem præſens his verbis alloquitur: *Homo Dei & fidelis ſerve, & myſteriorum Dei diſpenſator, & vir deſideriorum Spiritus: hoc enim nomine virtute provectos & excelſos viros, & ſupra ea, quæ oculis cernuntur, poſitos, Scriptura vocat. Quin te quoque Pharaonis, hoc eſt, omnis Ægyptiacæ atque adverſariæ poteſtatis, Deum appello, & Eccleſiæ columnam ac firmamentum, & Domini voluntatem, & luminare in mundo verbum vitæ ſuſtines, & fidei adminiculum, ac Spiritus domicilium. Et quid nomina ea omnia, quæ tibi tua virtus peperit, alia aliud tibi concilians atque offerens, enumerem?* Præclara illa quoque laudatio, qua idem Nazianzenus ornat & Gregorium Nyſſenum Oratione 6. & Eulalium Doarenſem Epiſcopum Oratione 30. & centum quinquaginta Epiſcopos Oratione 32. Gaudentius quoque Brixienſis Epiſcopus, Ambroſium, Antiſtitem Mediolanenſem, præſentem præſens ita compellat in Tractatu de ſua Ordinatione: *Obſecro communem patrem Ambroſium, ut poſt exiguum rorem Sermonis mei ipſe irriget corda veſtra divinarum miſteriis literarum: loquitur enim Spiritu Sancto, quo plenus eſt, & flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ; & tamquam Petri Apoſtoli ſucceſſor, ipſe erit os univerſorum circumſtantium Sacerdotum.* Coram Carthaginenſi Epiſcopo Carthagine Sermonem habuit Auguſtinus Hipponenſis

ſis Epiſcopus de verſu Pſalmi XCII. *Deus, quis ſimilis tibi?* ut patet ex ejus verbis: *Itaque & gratulamur caritati veſtræ, quia ſancto domino & collegæ noſtro Epiſcopo veſtro obediſtis in eo quod vobis mane locutus eſt.* Eſt & illud nobile præconium, quod Adelpho Epiſcopo præſenti tribuit Petrus Chryſologus Ravennatenſis Epiſcopus Sermone 136: *Habet hoc* (inquit Chryſologus) *Adelphi Antiſtitis ſanctus animus, & plena pietate dignatio, ut dives pauperis intret hoſpitium, pauperis ſe ponat ad menſam, & humilibus ſe faciat eſſe communem, quem divitiæ, poteſtas, honor fecit & reddidit ſingolarem; inter maximas enim virtutes numeranda eſt iſta voluntas, quæ, contempto obſequii ſui faſtu, deſpecta magnifica domus reverentia, calcato etiam ſuæ faſtigio poteſtatis, & abjecta opum ſuarum interna conſcientia, unde tumor maximus humanis ſemper dominatur in mentibus, ad viliſſimas inopis ſe inclinavit anguſtias, ut ſuo pauperem contubernio ſublimaret. Beatus plane iſte animus, & ab omni morbo arrogantiæ remotus, qui ad hoc pauperis diverſorium primus intravit, ut ante humanitatis debitor, quam largitor exiſteret. Imitari Deum evidenter iſte geſtivit, qui ante humana in corpore ſuſcepit obſequia, quam beneficia homini divina concederet: quod Pontificem Dei ſummi præſentem Adelphum feciſſe conſpicimus, qui cum ſit verbo dives, ſcientia copioſus, magnus ingenio, loco primus, egeni ſenſus, & mediocriſeloquii noſtri audientiam concupivit.* Jam vero tamdem caput

hoc

hoc iis Honorati Novarienſis Epiſcopi verbis concludam, quibus præſentem Laurentium, Antiſtitem Mediolanenſem, inter concionandum commendat ad finem ejus Dictionis, quam in Dedicatione Baſilicæ Apoſtolorum ab Ennodio compoſitam ipſe pronunciavit. *Veni ergo*, (ait) *piiſſime Domine, & ad conſecrationem operis tui plenus illabere: vice humani per baptiſma pectoris purgentur hæc templa, turpi hactenus dedicata patrocinio: inſtitue Domine vertendo ſacrificia, & dum puris cumulamus altaria ſancta donariis, præſentiam tuæ majeſtatis interſere: evocatus ſanctorum merito Sacerdotum, electi ſeorſum præſentis Patris noſtri Laurentii conſcientia, qui tot plenus dotibus ad Eccleſiæ faſtigia crevit, quot feciſſent ſummum ſingula quæque Pontificem: in quo vernat princeps boni operis & mater honeſtatis verecundia, religionis ſancta nutrix patientia, Deum ſemper placatura pietas: qui Eccleſiaſticis membris non ſermone vitæ inſtituta tribuit, ſed exemplis: qui omnem callem, quo ad Deum itur, dum prævius incedit, oſtendit, &c.*

CAPUT VII.

Epiſcopi proxime ante Concionem audienti populo pacem a Deo precati ſunt, eique benedixerunt.

IN ſuperioris libri cap. 10. dixi, ſolitos olim Concionatores Concionum initio cruce ſeipſos conſignare; dicam nunc, Epiſcopos mox concionaturos Auditoribus pacem a Deo precari, eique benedicere conſueviſſe. Cujus rei nobis beatiſſimi viri Chryſoſtomi verba certiſſimo teſtimonio ſunt, Homilia 3. in Epiſtolam primam beati Pauli ad Coloſſenſes: *Ut Præſul Eccleſiam ingreditur, dicit*, Pax omnibus; *quando concionatur, dicit*, Pax omnibus. Atque hunc eumdem morem tenuiſſe in concionando ipſummet Chryſoſtomum, ex iis cognoſcere licet, quæ apud Socratem & Sozomenum ſcripta leguntur: narrantes enim hi, quam alacres ac læti reductum de exilio Chryſoſtomum excepiſſent Conſtantinopolitani, illud etiam addunt, coactum eum tunc concionari, & ante Concionem ipſam pacem populo precatum fuiſſe: *Multitudo* (ait Socrates lib. 6. cap. 14.) *prodit illi obviam: cum ſumma reverentia ad Eccleſiam recta deducit; orat, ut Sedem Epiſcopalem capeſſat, moreque conſueto pacem populo precetur. Cum ille recuſaret, diceretque, hoc non ante faciendum eſſe, quam*

tum

tum cauſa ejus eſſet judicio diſceptata, tum bi, qui ipſum condemnarant, mutata ſententia abſolverent, magis incendi cœpit; tanta enim cupiditas, eum cum in Sede collocatum videndi, tum de integro concionantem audiendi, illam inceſſerat. Itaque populi impulſu res ſic confecta eſt. Cum Joannes eſſet in Sede Epiſcopali locatus, & de more pacem populo precatus fuiſſet, coactus neceſſitate etiam concionatus eſt. Sozomenus vero lib. 8. cap. 18. *Tum vero populus cantilenis pro re nata compoſitis obviam procedens, cum & ardentes tædas plurimi ferrent, ducunt ipſum* (Chryſoſtomum) *ad Eccleſiam, & quamquam reluctantem & ſæpenumero aſſeverantem, oportere prius eos calculum ſuum revocare qui contra ipſum tulerant, uti moris eſt Sacerdotibus, compulerunt illum & populo benedictionem impertiri, & in Epiſcopali Sede conſidere. Coactus itaque extemporalem quamdam Orationem habuit, & ex venuſtiſſima ſimilitudine argumento ſumpto ſubindicavit,* &c. Hæc eadem a Socrate & Sozomeno mutuatus Nicephorus Calliſtus in lib. 13. cap. 16. *Vi autem* (ait de Chryſoſtomo loquens:) *plurima cogentes, in Sede Epiſcopali collocarunt, ut pacem populo ex ſuperiore loco annunciaret & precaretur. His rebus ita ex neceſſitate quadam actis, Oratione tum quoque ex tempore ad populum habuit, argumentis cum magna gratia appoſitis uſus.* Petrum quoque Chryſologum ipſo Concionum initio pacem Auditoribus ſolitum precari, ſatis fidem facit ejus Sermo 138. *de Pace* inſcriptus,

qui

qui ſic habet: *Melius quidem fuerat, Fratres cariſſimi, ſi pater ac magiſter noſter communis imperitiam noſtram latere permitteret, nec publicaret penuriam, quæ in nobis hactenus velamento propriæ verecundiæ tegitur; melius fuerat, ut qui tam copioſe abundat in ſpiritualibus doctrinæ divitiis, de navicula pauperis nequaquam tenui verbi vectigal exigeret. Quis enim aut egenus divitibus aut peregrinus civibus, aut agreſtis & ignarus ſtudioſis conferat? Tamen quoniam juſſis parere cogimur, eadem nos humilitatis ratio, quæ excuſare videtur ad dicendum, cogit ad obediendum. Quid igitur eſt, o religioſa plebs Domini, quod vobis, quamvis pauperes, quamvis ineruditiſſimi, attamen decenter offerimus? Pacem ſine dubio, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus ingredientes nos offerre omni domui jubet: unde & nos in principio ſalutationis noſtræ pacem vobis a Domino exoravimus,* Ex quibus Auctorum locis quemadmodum ſatis conſtat, pacem Auditoribus tribuere ipſo Concionum initio fuiſſe conſuetum concionantum Epiſcoporum morem, (de more enim id factitatum teſtatur apertiſſime Socrates) ita & illud perſpicue liquet, Epiſcopos, dum pacem eo modo Auditoribus precarentur, iisdem etiam benedictionem tribuiſſe: quo enim loci pacem precari dixerat Socrates, & ex eo Nicephorus; eodem benedictionem impertiri dixit Sozomenus: fatendum ut ſit, vel idem omnino fuiſſe, pacem precari, & benedictionem

imper-

impertiri; vel certe numquam tributam pacem, quin daretur etiam benedictio. Atque hoc quidem ultimum ex eo quoque non obſcure intelligitur, quod ad ea verba, *Pax omnibus*, quibus in tribuenda pace utebantur Epiſcopi, ſignum ſemper crucis exprimebatur, ſine quo vix aut ne vix quidem ſolebat apud Chriſtianos benedictio dari. Ac pacem quidem precantes & annunciantes Epiſcopos crucis ſignum adhibuiſſe, diſcimus, ex Marci Liturgia, in qua ita eſt: *Populum cruce ſignat Sacerdos, dicens*, Pax omnibus. Atque haud ſcio, an hunc etiam reſpexerint & Methodius, dum in Homilia de Simeone & Anna, quo die ſibi in templo occurrerant, Concionem ſuam appellat Navem crucis ſiguaculo inſignitam; & beatus Joannes Chryſoſtomus in Homilia 4. de verbis Iſaiæ, crucem adfirmans fuiſſe Sermonis ſui temonem ac clavum: quod nimirum pacem tribuentes mox concionaturi hi beatiſſimi viri, cruce etiam conſignarent Auditores. Quamquam ſcio, poſſe etiam non male intelligi hoſce locos de eo crucis ſigno, non quo audientem populum, ſed quo ſeipſos conſignare conſueverant Concionatores ipſo Concionum initio; ut eſt a nobis adnotatum ſuperiori libro cap. 10.

CA-

CAPUT VIII.

Adſtiterunt olim concionanti Epiſcopo ſeptem Diaconi. Cur id inſtitutum.

AB Epiſcopo concionante non prius abibo, quam illud etiam admonuerim, ſeptem olim Diaconos adſtitiſſe concionanti Epiſcopo. Atque hoc ex Anaſtaſio Bibliotecario in Evariſti Vita facile quivis didicerit, inquit enim: *Evariſtus ſeptem Diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem.* Præſtat autem ipſum Evariſti hac de re Decretum ex Epiſtola 1. apponere, quod eſt hujuſmodi: *Diaconi, qui quaſi oculi videntur eſſe Epiſcopi, in unaquaque civitate, juxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant Epiſcopum prædicantem.* Subjicit autem, ejus rei rationem reddens: *Ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquomodo infeſtetur, aut lædatur a ſuis: aut verba divina detrahendo, aut inſidiando polluantur, vel deſpiciantur. Sed veritas ſpiritali redoleat fervore, & pax prædicata labiis animi cum voluntate concordet.*

CA-

CAPUT IX.

Alexandriæ ſolus Epiſcopus concionabatur. In Africanis Eccleſiis nequaquam licebat Preſbytero coram Epiſcopo concionari. Alexandrini moris origo & cauſſa. Africanorum conſuetudo a beato Hieronymo improbata. Jam inde a primis Eccleſiæ temporibus concionandi munus Preſbyterorum etiam fuiſſe.

ALexandriæ ſolum Epiſcopum concionandi munus explere conſueviſſe teſtatur diſertis verbis in Hiſtor. Eccleſ. Socrates lib. 5. cap. 21. Sozomenus lib. 7. cap. 19. & Nicephorus lib. 12. cap. 34. In Africanis etiam Eccleſiis nequaquam licuiſſe Preſbytero coram Epiſcopo concionari ſcriptum reliquit Poſſidius in Auguſtini Vita. *Quin etiam* (ait Socrates) *Alexandriæ non concionatur Preſbyter.* Sozomenus: *Apud Alexandrinos vero ſolus civitatis Epiſcopus in Eccleſia docet.* Nicephorus: *Alexandriæ ſolus hoc munere concionandi fungitur Epiſcopus.* Poſſidius autem cap. 5. *Eidem* (Auguſtino) *Preſbytero poteſtatem dedit* (Valerius) *coram ſe in Eccleſia Evangelium prædicandi ac frequentiſſime tractandi, contra uſum quidem ac conſuetudinem Africanarum Eccleſiarum;*

unde

unde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant. Sed mos ille in Alexandrina Eccleſia eo dumtaxat tempore initium habuit, quo Arius Presbyter, accepta docendi facultate, res novas inducens, Eccleſia turbavit. Subdit enim ibidem Socrates: *Qui mos eo tempore initium habuit, quo Arius perturbavit Eccleſiam. Aiunt tamen* (inquit Sozomenus) *hanc conſuetudinem non prius inoleviſſe, quam ex quo Arius Preſbyter de doctrina diſſerens inſolitam introduceret*. Nicephorus: *Cauſam conſuetudinis novæ præbuit Arius, qui, quod Presbyter eſſet, & docendi provinciam accepiſſet, contra veritatis doctrinam res novas inducens, Eccleſiam turbavit*. Africanorum autem conſuetudinem, veluti peſſimam, improbat beatus Hieronymus, ad Nepotianum ſcribens in hunc modum: *Peſſime conſuetudinis eſt, in quibuſdam Eccleſiis tacere Preſbyteros, & præſentibus Epiſcopis non loqui, quaſi aut invideant, aut non dignentur audire*. Vide Alcuinum in Epiſt. VI. Conſtat inſuper, illud Valerii factum, tamquam utile ac neceſſarium, plures mox Africæ Epiſcopos fuiſſe laudabiliter imitatos: hæc enim aliquanto poſt ſubiicit eodem loco Poſſidius: *Poſtea currente & volante hujuſmodi fama, bono præcedente exemplo* (Valerii), *accepta ab Epiſcopis poteſtate, Presbyteri nonnulli coram Epiſcopis populis tractare cœperunt Verbum Dei*.

Jam inde igitur a primis Eccleſiæ temporibus, non Epiſcopi modo, verum etiam Preſbyteri,

byteri, id operis ac muneris habuerunt, ut concionarentur in populis. Hoc nos docuit vir ſapientiſſimus Apoſtolicarum Conſtitutionum Auctor; in cujus libro 2. cap. 57. ita non obſcure ſcriptum legitur: *Deinde* (poſt Evangelicam lectionem in Miſſa recitatam) *hortentur populum Presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim: & poſtremus omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernatori navis*, &c. Atque hanc conſuetudinem traditam per manus ab Apoſtolis adulta accepit Eccleſia, & diligentiſſime ſemper retinuit, Quare ita ſcriptum eſt ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranenſi capite ultimo: *Sacerdotes & alii Clerici, tam ſubditi quam prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes verbo pariter & exemplo, ut timorem & amorem ſemper habeant divinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant, quod Divinam Majeſtatem offendat.* In Concilio quoque Vaſenſi II. can. 2. A. D. 529. ita conſtitutum fuit. *Hoc etiam, pro ædificatione omnium Eccleſiarum, & pro utilitate totius populi, nobis placuit, ut non ſolum in Civitatibus, ſed etiam in omnibus Parochiis, verbum faciendi daremus Præsbyteris poteſtatem.* Quod & in Arelatenſi VI. ſub Carolo Magno can. x. iis verbis fuit confirmatum: *De Prædicatione, providimus, pro edificatione omnium Eccleſiarum, & pro utilitate totius populi, ut non ſolum in Civitatibus, ſed etiam in omnibus Parochiis, Præsbyteri ad populum verbum faciant, & ut bene vivere ſtudeant,*

ſtudeant, & populo ſibi commiſſo prædicare non negligant. Et in Lemovicenſi An. 1031. paulo ante finem: *Omnes Sacerdotes, quibus Parochia commiſſa eſt, omnibus Dominicis & feſtis diebus admonere prædicando populum debent, ſecundum illud,* Argue, obſecra, increpa; *quia Sacerdos, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit, interminatione divina mortis reus eſt. Epiſcopus autem, quos doctos viderit & ad hoc officium idoneos, non tantum juſſu, ſed etiam rogatu ad tam ſublime opus incitare debet.*

CAPUT X.

Diaconis permiſſum nonnumquam publicas habere Conciones. Factitatum id potiſſimum urgente ac ſæviente perſecutione. Ejus rei indicata ratio.

SEd & Diaconis conceſſum aliquando publice concionari, conſtat manifeſte ex ipſis Apoſtolorum Actis, in quibus dicitur cap. 7. Diaconorum princeps Stephanus, magno ſpiritu & fructu de Chriſto Domino publice diſputaſſe. Philippus etiam, unus e ſeptem naſcentis Eccleſiæ Diaconis, propterea in eorumdem Actorum cap. xxi. Evangeliſtæ nomine appellatur; non quod Evangelium ſcripſerit, (eſt enim omnino

lino apocryphum, quod ejus nomine aliquando circumferebatur) ſed quod prædicandi munus obierit. Atque in hac omnino ſignificatione accipiendum Evangeliſtæ vocabulum (cum beatus Paulus in Epiſtola ad Epheſios cap. IV. ait: *Quoſdam eſſe in Eccleſia Evangeliſtas*) adnotat ad eum locum beatus Ambroſius. Id quod dicendum etiam videtur, cum ad Timotheum ſcribens idem Paulus in Epiſtola II. cap. IV. hortatur eum, ut opus faciat Evangeliſtæ. Beatiſſimus Martyr Ignatius in Epiſtola ad Philadelphenſes Diaconum Philonem laudibus effert, quod ſibi in Sermone præclare miniſtraret: eoſdemque hortatur, ut Epiſcopo & Preſbyteris & Diaconis Verbum Dei tractantibus diligenter attendant. Ad Heronem quoque Antiochiæ Diaconum ſcribit in hæc verba: *Lectioni attende, ut non modo ipſe leges noveris, ſed etiam aliis eaſdem interpreteris, ut Dei athleta.* De Benjamin Perſa Diacono prodidit Theodoritus Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 5. cap. 38. & ex eo Nicephorus lib. 14. cap. 20. acerbiſſimis eum cruciatibus, ac glorioſa tamdem morte a Perſarum Rege fuiſſe affectum, quod a Verbi Dei prædicatione ceſſare nequaquam voluiſſet, Sanctiſſimos item viros, Vincentium Martyrem, & Pontificem Gregorium Romanum, Diaconatus dumtaxat ordine inſignitos, Evangelio munere fuiſſe defunctos, teſtantur Auguſtinus in Sermone I. de ſancto Vincentio, & Joannes Diaconus in Gregorii

Vita lib. 1. cap. 41. in Vaſenſi quoque Concilio II. can. 2. A. D. 529. ita Patres caverant: *Si Preſbyter, aliqua infirmitate prohibente, per ſe ipſum non potuerit prædicare, ſanctorum Patrum Homiliæ a Diaconibus recitentur; ſi enim digni ſunt Diacones, quod Chriſtus in Evangelio locutus eſt, legere; quare indigni judicentur ſanctorum Patrum expoſitiones publice recitare?*

Ceterum tunc potiſſimum puto id muneris expleviſſe Diaconos, cum, urgente ac ſævien. te Tyrannorum perſecutione, ex Fidelibus non pauci ob Chriſtiani nominis confeſſionem in vinculis detinebantur. Quamobrem beatiſſimus Martyr Cyprianus Epiſtola 11. ad Martyres & Confeſſores data: *Credideram* (inquit) *Preſbyteros & Diaconos, qui illic præſentes ſunt, monere vos & inſtruere pleniſſime circa Evangelii legem, ſicut in præteritum ſemper ſub Anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes Martyrum deſideria conſiliis ſuis & Scripturarum præceptis gubernarent*, &c. Atque hæc fortaſſe cauſſa eſt, cur conſueverint olim Tyranni perſecutionis tempore Diaconos ipſos tam acerbe vexare ac cruciare, quod hi nimirum prædicatione ſua cæteros Chriſtianos jacentes excitarent, confirmarent nutantes, & ad martirium provocarent.

CA-

CAPUT XI.

Hæreticis ac Lapſis, ſive Præſbyteris, ſive Diaconis, interdictum concionandi munus.

NEque vero exiſtimandum eſt, Evangelicum prædicandi munus fuiſſe Sacerdotibus omnibus aut diaconis conceſſum; etenim iiſdem, ſive Hæreticis, ſive Lapſis, id ipſum omnino interdictum fuit. De Hæreticis extat Canon. 6. Synodi VIII. Conſtantinopolitanæ ſub Adriano II, qui ſic habet: *Bonum profecto & valde proficuum eſt, ſanctas & venerabiles iconas pingere, ſed & proximos diſciplinas divinæ ac humanæ ſapientiæ docere: non autem bonum eſt, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in ſacris templis, ſed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & univerſali Synodo definimus & promulgamus, uſquequo a propria ſeductione ac malitia convertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram ad picturæ ſanctarum imaginum in Eccleſiis, aut doctrinæ actionem quoquomodo eos admiſerit, ſi quidem Clericus fuerit, proprio gradu periclitetur; ſi vero Laicus, ſeparetur, & divinorum myſteriorum communione privetur.* Et Canon. 8. in quo ita eſt: *Definivit*

vit ſancta & univerſalis Synodus, *neminem ex his omnibus a nunc tale tenere vel ſervare chirographum, ſed abſque quolibet offendiculo indubitanter & intrepide tam docere quam diſcere omnes, qui ad utrumque conſiſtunt idonei, præter hos, qui erroris inveniuntur & hæreticæ impietatis ſervituti redacti; hujuſmodi enim certiſſime & docere & diſcere interdicimus.* Hiſce Conſtitutionibus commode Cæleſtini Papæ verba addentur ex Epiſt. 1. c. 1: *Filii noſtri* (inquit) *Proſper & Hilarius, tantum neſcio quibus Præſbyteris illic licere, qui diſſenſioni Chriſtianæ ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia, veritati. Sed veſtræ dilectioni juſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus*: ſupra Magiſtrum non eſſe Diſcipulum, *hoc eſt, non ſibi debere quemquam ad injuriam Doctorum vendicare doctrinam: quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus hi loquuntur, quiſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? timeo, ne connivere ſit hoc tacere; timeo, ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis tantum loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret: merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori, ergo corripiantur hujuſmodi. Non ſit his liberum habere pro voluntate Sermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Sciant omnes qui male docent,*

cent, quod ſibi diſcere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in Eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus, vetentur hujuſmodi, qui laborant, per terras aliud, quam ille noſter juſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viventes tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare. Hæc Cæleſtinus.

De Lapſis autem ſic a Patribus, qui in Ancyranno Concilio congregati ſunt. cap. 1. & 2. ſtatutum fuiſſe accepimus: *Preſbyteri, qui immolarunt, & poſtea certamina ſuſtinuerunt, non offerant, neque concionentur, neque miniſtrent in ſacris miniſteriis. Diaconi, qui immolarunt, & poſtea tormenta vicerunt, vacent ab omni miniſterio ſacro, etiam prædicandi.* Qui Canones & a Burchardo lib. 5. cap. 40. & 41. & ab Ivone 2. parte Decreti cap. 49. & 50. referuntur.

CAPUT XII.

Laicis omnibus ac mulieribus interdictum publicas habere Conciones.

Mulieres quidem vetitas publice concionari, fidem facit caput 99. IV. Carthaginienſis Synodi, a Burchardo libro 8. cap. 83. & ab Ivone parte 7. cap. 101. & parte 8. cap. 324. Decreti adductum, in quo ita ſcriptum eſt: *Mulier, quamvis docta & ſancta, viros in conven-*

tu docere non præſumat. Id ipſum de viris etiam ſtatutum fuiſſe, ejuſdem Concilii Canon. 98. declaraſſe videtur: *Laicus præſentibus Clericis, niſi ipſis rogantibus docere non audeat.* Quamvis enim dicatur, præſentibus Clericis, Gloſſa tamen ad C. Mulier, Diſt. 23. ſic limitat: *Maxime coram Clericis id Laicis non licere, quia nec abſentibus licet.* Sed magis expreſſe decreverunt hoc idem Trullanæ Synodi Patres in hæc verba, quæ habentur capite 64: *Non oportere Laicum publice diſputare, vel docere, docendi auctoritatem ex eo ſibi vendicantem, ſed ordini a Domino tradito cedere, & aurem iis, qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & divina ab eis doceri. In una enim Eccleſia diverſa membra fecit Deus, ut eſt vox Apoſtoli, quam aperte interpretans Gregorius Theologus, eum, qui in iis eſt, ordinem commendat, dicens: Hunc ordinem revereamur Fratres, hunc ſervemus, hic quidem ſit auris, ille vero lingua; hic autem manus, hic vero aliquid aliud; hic quidem doceat, ille vero diſcat.* Et paulo poſt: *Et diſcens in docilitate, & ſuppeditans in hilaritate, & opem ferens ac ſubminiſtrans in alacritate: ne ſimus omnes lingua, quod eſt promptius, ne omnes Apoſtoli, ne omnes Prophetæ, ne omnes interpretemur.* Et poſt quædam: *Cur te ovium paſtorem facis? cur caput efficeris, cum ſis pes? cur imperator eſſe conaris, cum relatus ſis in numerum militum? & alibi jubet Sapientia,* Ne ſis velox in ſermonibus, ne, cum ſis pauper,

una

una cum divite extendaris, nec quæras ſapientibus eſſe ſapientior. *Si quis autem præſentem Canonem labefactans deprehenſus fuerit, quadraginta diebus ſegregetur.* Ad quem Canonem hæc habent Zonaras & Balſamon. Ille quidem ait: *Ordinem ab unoquoque, in quem vocatus es, retinendum, divino oraculo admonemur: idem hic quoque Canon præcipit, Laicumque hominem neque publice diſputationem de fide inſtituere, neque docendi ſibi munus uſurpare; verum quibus ea docendi cura demandata eſt, ſilentio attentas aures præbere jubet. Unicum eſt enim Eccleſiæ corpus, quod ex multis membris perficitur, ut divinus Apoſtolus docet; deinde Theologi verba hoc Apoſtoli verbum interpretantis ſubnectit; tum illa quoque Sapientiæ ſubjicit,* Ne ſis velox in loquendo, *& quæ ſequuntur. Qui vero Canoni non obtemperaverit; quadraginta dierum ſegregatione mulctari placet.* Balſamon vero: *Populum Domini docere & divina Decreta interpretari ſolis Antiſtitibus a divini Spiritus gratia conceſſum eſt, & iis, quibus ab illis permiſſum eſt. Ut eſt ergo veriſimile, quidam Laici, & forte etiam docti, de quibuſdam Eccleſiaſticis argumentis diſputabant, & quamdam auctoritatem docendi præſe ferebant; divini ergo patres hoc prohibentes ſtatuerunt, ne quid amplius ejuſmodi fieret, & ne Eccleſiæ ordo confunderetur. Sed quoniam, inquit, Deus ex diverſis membris Eccleſiam ſuam ſtabilivit & erexit, & conſtitutum eſt, ut Laici docerentur, non docerent, debent potius aurem do-*

centibus præbere, quam linguam movere; ac multos offendere, & eis ſcandali cauſam præbere, & unuſquiſque manere in quo vocatus eſt ordine, ut dicit Sacra Scriptura, &c. Illuſtrius autem ejus rei exemplum ſuppeditat beatus Leo epiſt. 62. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum, ſcribens in hæc verba: *Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos, qui ſunt Domini Sacerdotes, nullus ſibi jus docendi & prædicandi audeat vendicare, ſive ſit ille Monachus, ſive ſit Laicus, qui alicujus ſcientia nomine glorietur; quia etſi optandum eſt, ut omnes Eccleſiæ filii quæ recta & ſana ſunt ſapiant, non tamen permittendum eſt, ut quiſquam extra Sacerdotalem ordinem conſtitutus gradum ſibi Prædicatoris aſſumat: cum in Eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conveniat, ut in uno Chriſti corpore & excellentiora membra ſuum officium impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent.* Quæ verba repetit Epiſt. 63. ad Theodoritum Cyri Epiſcopum data. Ceterum ex hiſce verbis B. Leonis colligere eſt, prohibitum quoque fuiſſe Monachis Conciones habere. Ratio eſt, quia antiquitus Monachi intra Laicorum ordinem cenſebantur, ut ſignanter notant Canones Concilii Chalcedonenſis II. & VIII. & S. Hieronymus Epiſt. ad Heliodorum, & ad Pammachium, & ad Riparium.

CA-

CAPUT XIII.

Laicis quandoque permiſſum ex juſta ac laudabili cauſſa publice concionari, ipſo tamen jubente vel permittente Epiſcopo. Religioſis prima dumtaxat tonſura inſignitis id ipſum a Romanis Pontificibus aliquando indultum.

QUamvis igitur ſatis conſtet, Laicos, & Monachos etiam, quod e Latinorum numero eſſent, vetitos olim publice concionari, negari tamen non poteſt, quin iiſdem licuerit interdum, aut privatim de rebus vel fidei, vel ad animæ utilitatem ſpectantibus diſſerere; aut etiam publice ex juſta aliqua & laudabili cauſa, ipſo jubente vel permittente Epiſcopo.

Primum quidem aperte colligitur ex iis, quæ ad Trullanæ Synodi Canonem 64. tradiderunt Zonaras & Balſamon? etenim is de Laico loquens: *Privatim* (inquit) *tantum interroganti reſpondere, ac propoſitæ ab eo quæſtioni docendo ſatisfacere ſine fraude licet.* Balſamon autem ait in hunc modum: *Recte adjectum eſt illud*, publice; *ſi quis enim privatim de aliqua Decreti materia, vel de alia ad animæ utilitatem pertinente cauſſa interro-*

terrogetur, non prohibebitur id, quod ſibi videtur, reſpondere.

Poſterius vero fit ex eo perſpicuum, quod, cum primis Eccleſiæ temporibus pauci eſſent Preſbyteri, & ſæviente perſecutione haud ita facile reperirentur idonei homines, qui doctrina ſua & prædicatione prodeſſe fratribus poſſent, aliquibus Laicis id muneris adſignabant aliquando Epiſcopi, ut & auctoritate & exemplis probat Nicephorus Calliſtus Eccleſ. Hiſt. lib. 5. cap. 14. iis verbis: *Cum Cæſareæ degeret* (Origenes,) *Epiſcopi Palæſtini legatione quoque ad eum miſſa ei permiſere, ut de Sacris Literis diſſereret, & publice eas in Eccleſia interpretaretur, quamvis nondum preſbyteri honorem eſſet conſecutus: id quod comprobatur ex ſcriptis iis, quæ Demetrius male erga Originem affectus Epiſcopis Palæſtinis miſit; in quibus ſcriptis, præter alia, illud erat. Numquam ante auditum, numquam factum eſſe, ut præſentibus Epiſcopis Laici concionarentur: quapropter illi, & potiſſimum Alexander Hieroſolymitanus & Theoctiſtus Cæſarienſis Antiſtites, defenſionem ejus rei ad eum ſcripſerunt, non vera illum dicere aſſeverantes: ubi enim, inquiunt, reperiuntur idonei homines, qui doctrina ſua prodeſſe fratribus poſſint, ſi illi ſanctorum Epiſcoporum juſſu & permiſſione per cohortationes ad populum verba faciant, id offendiculo non eſt, ſicuti apud Sarandos Evelpis a Neone, Iconii Paulinus a Celſo, Synadæ Theodorus ab Attico, omnibus illis beatis fratribus invitati fecerunt.*

unt. Et ſubdit: *Veriſimile autem eſt, in aliis quoque locis, quod nos ignoramus, itidem eſſe factum.*

Sane quandoque, ut hoc etiam ſtrictim admoneam, indulſit Romanus Pontifex juſtas ob cauſas pleriſque Religioſis, ut, licet ad ſacros ordines nondum promoti, poſſent tamen publice concionari; quemadmodum anno Domini 1584. Gregorius XIII. factitavit, concedens id poſſe fieri a Societatis Jeſu Clericis prima dumtaxat tonſura inſignitis. Id quod ab aliis quoque Pontificibus & eidem Societati, & aliis etiam Religioſis ſingulari beneficio non ſemel indultum ſcimus.

CAPUT XIV.

Sacræ olim Conciones fuerunt nonnumquam ab uno quidem compoſitæ, ab alio autem pronunciatæ. Ethnici etiam Oratores ſcripſerunt interdum Orationes, quas alii dicerent.

LUcium Ælium, virum eruditiſſimum & Græcis literis & Latinis, ſcripſiſſe non ſemel Orationes, quas alii dicerent, narravit nobis Cicero in libro de Claris Oratoribus his verbis: *Scribebat Orationes, quas alii dicerent: ut Qu. Metello F. ut Qu. Cæpioni, ut Qu. Pompeio Rufo.*

Atque

Atque ex hoc etiam Stilonis cognomen inveniſſe, auctor eſt Sveronius Tranquillus in libro de Illuſtribus Grammaticis & Rhetoricis; inquit enim: *Lucius Ælius cognomine duplici fuit; nam & Præconinus, quod pater ejus Præconium faceret, vocabatur; & Stilo, quod Orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat: ducto ſcilicet nomine ab eo, quod eſt ſtilus, qua ſignificatione ſtilum dixit Cicero artificem eſſe, effectorem, ac magiſtrum dicendi optimum.*

Inter veteres etiam Chriſtianos extitiſſe, qui ſacras componerent Concion[illegible], quas alii deinde pronunciarent, graviſſimorum ac certiſſimorum Auctorum teſtimonio comprobabo. Eas certe aliquando, non viva Auctoris voce, ſed per Notarios populo recitatas, Magni Gregorii verba & ex Prologo Libri Quadraginta Homiliarum, & ex ejusdem Libri Homilia 21. deſumpta planiſſime docent: quos locos quamquam antea aliam in rem cap. 3. produxerim, tamen ad hujus etiam veritatis firmitatem hic iterum ſubjicere non gravabor. *Inter ſacra Miſſarum ſolemnia* (inquit Gregorius in ejus Libri Prologo) *ex his quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent, S. Evangelii quadraginta lectiones expoſui; & quarumdam quidem dictata expoſitio aſſiſtenti plebi eſt per Notarium recitata, quarumdam vero explanationem coram populo ipſe loquutus ſum.* In Homilia vero 21: *Multis vobis lectionibus, Fratres cariſſimi, per dictatum loqui*

ui consuevi, sed quia lassescente stomacho ea
ua dictaveram, legere ipse non possum; & quos-
im vestrum minus libenter audientes intueor, un-
r nunc a memetipso exigere volo contra meum
orem, ut inter sacra Missarum solemnia lectio-
em Sancti Evangelii, non dictando, sed colloquen-
o edisseram; sicque excipiatur ut loquimur: quia
llocutionis vox corda torpentia, plusquam sermo le-
ionis excitat, & quasi quadam manu sollicitudinis,
t evigilent, pulsat. Narrat hæc eadem Joanes quoque Diaconus in ipsius Gregorii Vita c scribens lib. 2. cap. 18. *Per quas* (stationes) *r ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui præaleret, viginti Homilias Evangelii coram Ecclesia iverso tempore declamavit. Reliquas vero ejusem numeri dictavit quidem, sed lassescente stomacho languore continuo aliis pronunciandas commisit.* Et in libro 4. cap. 74. iterat eadem iisdem pæne verbis, ait enim: *Dum adhuc Gregorius ad oquendum voce statuque sibi sufficeret, per statioes discurrens, viginti Homilias Evangelii diverso empore coram populo declamavit. Reliquas vero ejusdem numeri dictavit quidem, sed lassescente tomacho languore continuo aliis pronunciare permisit.*

Diaconorum etiam voce fuisse interdum sanctorum Patrum Homilias publice recitatas, planum antea feci ex Concilio Vasensi II. Canone 2. in quo ita cautum fuit: *Si Presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare,*

dicare, ſanctorum Patrum Homiliæ a Diaconibus recitentur, &c.

Quin ipſoſmet Epiſcopos nonnumquam eorumdem Patrum Homilias plebi pronunciaſſe, ſatis intelligimus ex eo Remenſis Concilii capite, quod a Burchardo Decreti libro 1. cap. 196. in hæc verba refertur: *Epiſcopi Sermones & Homilias ſanctorum Patrum, prout omnes intelligere poſſint, ſecundum proprietatem linguæ prædicare ſtudeant.*

Sed & aliquos conſueviſſe aliquando, ut ſuas, pronunciare aliorum Homilias, facile credet quicumque eorum meminerit, quæ & de Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, & de Salviano Maſſilienſi prodidit Gennadius; & oculos adjecerit ad Iſidori Peluſiotæ Epiſtolas, ſacraſque legerit Ennodii Ticinenſis Epiſcopi Dictiones. Ac Cyrillum quidem Alexandrinum multas Græciæ totius Epiſcopis ſcripſiſſe Homilias, atteſtatur Gennadius in libro de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus cap. 57. *Cyrillus* (inquit) *Alexandrinæ Eccleſiae Epiſcopus Homilias compoſuit plurimas, quae ad declamandum a Græcis Epiſcopis memoriae commendantur.* De Salviano hæc narrat idem Gennadius ibidem cap. 67. *Salvianus Maſſilienſis Eccleſiæ Praeſbyter ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa, ex quibus iſta legi, de virginitatis bono*, &c. *Homilias Epiſcopis factas multas*, &c. Quæ verba mutuatus Honorius in libro de Luminaribus Eccleſiæ cap. 67: *Salvianus* (ait)

Maſſi-

Maſſilienſis Eccleſiæ Preſbyter ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa, id eſt, Homilias Epiſcopis multas, & Sacramentorum plures. Iſidorus vero Peluſiota Orationem ſcripſit, quam Dorotheus vel dixit ipſe, vel ab alio dici mandavit: fuit autem illa, dum diceretur, ab audienti populo magnis plauſibus excepta. Iſidori verba id exprimentia ſunt hæc in Epiſtola 382. libri 3. *Et ſi, ut abs te ſcriptum eſt, Oratio* (quam nimirum Dorotheo miſerat publice pronunciandam) *plauſum peperit, at etiam Orationi plauſus robur comparavit, quippe qui parenti adminiculi loco fuerit. At quoniam ſæpenumero uſuvenit, ut plauſus Orationi quidem robur comparet, verum Oratoris mores inficiat ac labefactet, ad ſupinitatem videlicet ac ſocordiam eum, tamquam porrecta manu, ducens; prudentiam tuam moneo, maxime quidem ut Deo, qui hujuſmodi gratiam largitus eſt, gratiam habeas: quod ſi etiam laudare vis, negas enim fieri poſſe, ut Orationi plauſus tamdem non rependatur, Orationem quidem arbitratu tuo laudans, ne nimias adverſum me laudes contexas, ut me ſupinum atque ignavum reddas.* Ennodius tamdem (id quod etiam ab eruditiſſimo viro Jacobo Sirmondo adnotatum fuit) Sacram ſecundam ſcripſit ipſe quidem, ſed ut gratiam iniret ab Honorato Novariæ Epiſcopo, qui eam pronunciavit ut ſuam. Tertia etiam ab Ennodio compoſita eſt, ſed a Stephano Vicario recitata. Ipſamet autem earumdem Sacra-

rum

rum Inſcriptio hoc idem haud obſcure indicat: etenim ſecundæ titulus is eſt, *Dictio miſſa Honorato Epiſcopo Novarienſi in Dedicatione Baſilicæ Apoſtolorum, ubi Templum fuit Idolorum*. Tertia vero ita inſcribitur; *Dictio data Stephano V. S. Vicario dicenda Maximo Epiſcopo*. Verba enim illa, *Miſſa, Data, Dicenda* ſatis revincunt, ſcriptas illas quidem ab Ennodio, ſed ab aliis deinde dictas. Extant aliæ id genus nonnullæ Dictiones apud eumdem Ennodium, quas qui leget, fatebitur proculdubio, ab ipſo fuiſſe certe elucubratas, ſed ab aliis omnino pronunciatas.

CAPUT XV.

Conciones ut plurimum quidem memoriter, aliquando tamen de ſcripto recitatæ a Concionatore. Per dictatum loqui idem eſt, ac de ſcripto dicere. Contenta & permanenti voce pronunciati Sermones. qui de ſcripto; flexibili autem & remiſſa, qui memoriter recitari ſolebant.

POſſem id, quod primo loco poſui, multis, vel innumerabilibus potius veterum Auctorum teſtimoniis confirmare; ſed non eſt ſane, cur ſuſcipiatur hic labor, cum res ſit ex

toto

[redacted]nifeſta. Quam ob cauſam ea dumtaxat adſer[redacted]m, quæ veterem deſcripto concionandi conſue[redacted]dinem aliquatenus deſignant. Habemus autem [redacted]lius idoneum adſertorem & vindicem beatum Auguſtinum in Sermone 6. de Sanctis; niſi m[redacted]is Fulgentium appellare, ſunt enim qui putent [redacted]ulgentium hujus Sermonis Auctorem.) Ejus, [redacted]uicumque tandem ille ſit, ſive Fulgentius, [redacted]e Auguſtinus, iſta ſunt in hanc rem ad [redacted]ud[redacted]res verba: *Quoniam video noſtras Diſputationes [redacted]raphio ceraque ligari, & nequaquam ſufficere lectitare, adjuvate me-ipſum quæſo in[redacted]u veſtro.* Cur enim eam vocem, *lectitare*, quam quidem agnoſcunt non modo im[redacted] omnes, verum etiam, quotquot vidi, manuſcripti Codices; quidquid ſcriptum reliquerit vir [redacted]us Carolus Regius in ſuo Oratore Chri[redacted]ano, ex ſola conjectura, qua nihil incertius; [redacted]rmans, pro verbo *lectitare*, *dictare* eſſe ſubſtituendum) uſurpaſſet eo loco Auguſtinus, ſi Fulgentius, niſi interdum Conciones de ſcripto pronunciarentur? Extat etiam illuſtre hujus rei exemplum apud Magnum Gregorium in addicta ſemel atque iterum Homilia 21. ex Libro Quadraginta Homiliarum: narrat enim ibi Gregorius, ſolemne ſibi fuiſſe, dum Concionem haberet, per dictatum loqui; additque, ob languentem ſtomachum jam legere ſe non poſſe, quæ dictaverat; ac proinde velle ſe Evangelicæ lectionis explanationem, non am-

plius per dictatum, ſed per familiares collocutiones pronunciare. Per dictatum autem loqui, nihil aliud fuiſſe Gregorio, quam de ſcripto dicere, ex eo perſpicuum fit, quod verbo *dictare*, pro *ſcribere*, paſſim uſi ſunt veteres Auctores; Sidonius Epiſtola ſeptima libri primi, undecima quarti, ultima ſeptimi, ſexta octavi, tertia noni; Aldhelmus de laudibus Virginitatis cap. 7. Gregorius Magnus lib. 10. Epiſtolarum, Epiſtola 22. ad Joannem Ravennæ Subdiaconum, & Epiſtola ad Leonardum, quæ præmittitur Expoſitioni in Job; & alii: uſu nimirum ex priſco more petito, quo Auctores olim, ut eſt apud Plinium in Epiſtolis non uno loco, Notariis dictare conſueverant. Vox præterea, *legere*, qua uſus eſt Gregorius, hoc ipſum aperte confirmat: ea enim dumtaxat legere poſſumus, quæ ſcripta ſunt & ante oculos poſita. Verba Gregorii, quæ ſubobſcura quidem videbantur, ſed, hac adhibita interpretatione, plana & perſpicua facta ſunt, apponam. *Multis* (inquit) *vobis lectionibus, Fratres cariſſimi, per dictatum loqui conſuevi; ſed quia laſſeſcente ſtomacho ea, quæ dictaveram, legere ipſe non poſſum, & quoſdam veſtrum minus libenter audientes intueor; unde nunc a memetipſo exigere volo contra meum morem, ut inter ſacra Miſſarum ſolemnia lectionem Sancti Evangelii, non dictando, ſed colloquendo ediſſeram.* Hucuſque beatus Gregorius, qui, dum ait, a ſemetipſo exigere velle

contra

contra morem ſuum, ut inter ſacra Miſſarum ſolemnia lectionem Evangelii, non per dictatum, ſed per collocutionem ediſſerat: demonſtrat utique, ſolitum ſe magis in concionando Sermones ſuos de ſcripto, quam ex memoria recitare.

Ex hoc eodem Gregorii loco illud præterea diſcimus, a re in qua verſamur, minime alienum: alia quidem voce, contenta nimirum & permanenti, eos fuiſſe pronunciatos Sermones, qui de ſcripto; alia, hoc eſt, flexibili ac remiſſa, qui memoriter recitari ſolebant: quales nimirum voces depoſcunt locutio & lectio. Inquit enim Gregorius: *Languere ſe ſtomacho ad debilitatum eſſe, ſi per dictatum, id eſt, de ſcripto, dicere velit; firmum autem ſatis ac roboratum, ſi ex memoria per familiares collocutiones.*

CAPUT XVI.

Patres olim non raro ex tempore concionati. Dicendi ex tempore fontem apud Ethnicos quis primus aperuerit. Divina appellata fuit extemporalis hæc facultas. Frequenti ea uſu aſſiduaque exercitatione comparatur.

ILlud etiam noſſe hoc loco nec injucundum erit, nec inutile, Sacras olim Conciones, fuiſſe illas quidem ut plurimum meditatas ac elaboratas, interdum tamen etiam ſine ſtudio & ex tempore dictas. Prioris conſuetudinis probationem, cogitatas eas nimirum & elucubratas fuiſſe, non eſt, quod a me quiſquam expectet: quicumque enim oculos adjecerit ad ſanctorum Patrum, Gregorii præſertim Nazianzeni, Baſilii, Athanaſii, Nyſſeni, Chryſoſtomi, Gaudentii, Ambroſii, Auguſtini, Chryſologi, Leonis, ſive Orationes, ſive Homilias, aut Sermones, is certe, vel me tacente, cognoſcet, cura eas & vigiliis fuiſſe elaboratas, utpote omnibus ſententiarum atque verborum luminibus diſtinctas. Poſterioris vero teſtimonia ſi quis requirat, ea & clara ſuppeditabunt Auctores iidem illi, quos modo ſupra nominavi, aliique

aliique Eccleſiaſtici Scriptores. Sed hoc aptius meo judicio docebitur, ſi paucа prius & ea ſummatim ſubjecero de extemporali dicendi facultate.

Gorgiam itaque Leontinum primum ſubitæ ac fortuitæ Orationis aperuiſſe fontem, auctor eſt Cicero in lib. primo de Oratore, & in 2. de Finibus, cum ait: *Auſum hunc primum in conventu poſcere quæſtionem, id eſt, libere dicere, qua de re quis vellet audire.* Divina porro appellata fuit hæc dicendi facultas, ut eſt apud Philoſtratum in Æſchine, quod ſupra mortalitatem eſſe quadammodo videretur, qui poſſet appoſite dicere ex tempore. Recte igitur dictum a Quintiliano libro 10. cap. 7. Maximum ſtudiorum fructum eſſe ac veluti præmium quoddam ampliſſimum longi laboris extemporalem hanc dicendi facultatem. Sed hac ſuper re ſatis: nihil enim prætermittere, ſeu commemorare omnia, minime quidem in præſentia neceſſarium; itaque redeo ad inſtitutum.

De Origene itaque, ut ab hoc initium ſumam, prodidit Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 26. aſſidua exercitatione longoque uſu tantam eum fiduciam in concionando conſecutum, eamque vim, copiam, & facultatem Orationis adeptum, ut & publice magna omnium admiratione diceret ex tempore, & pateretur etiam excipi a Notariis, quæ hoc modo funderet. *Quo tempore* (ait Euſebius prout illum

lum Latine loquentem nobis exhibet Rufinus) *ſexageſimum agens Origenes ætatis annum, poſtea quam & uſu, & periculis, & laboribus plurimum fiducia in Verbo Dei acceperat, permiſiſſe fertur ea, quæ ex tempore in Eccleſiis diſſerebat, a Notariis extipi; nec ante unquam dediſſe hanc copiam, niſi cum id ſibi & vitæ gravitas, & ætatis maturitas, & multa experientiæ conceſſit auctoritas.* Cyrillum etiam Hieroſolymitanum meditatam concionandi conſuetudinem neglexiſſe interdum, atque adeo illa dixiſſe, quæ tunc primo Spiritus dabat eloqui illi, ex eo facile intelligimus, quod omnes pene ejus Catecheſes extemporaneæ, ſeu ex tempore dictæ, inſcribuntur, *Sancti Patris noſtri* (hæc eſt primæ Cyrilli Catecheſis Inſcriptio) *Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymitani prima Catecheſis, ſeu Inſtitutio illuminatorum Hieroſolymis extemporanea.* Quam formam iisdem pæne verbis retinent omnes ferme aliarum ejuſdem Catecheſeon Inſcriptiones. Beatiſſimum quoque Chryſoſtomum non ſemper meditatum acceſſiſſe ad dicendum, præterquam quod ſatis indicant plures ipſius Homiliæ, in quibus multa reſpondent iis, quæ caſus fortuitus, aut tempus præter expectationem dabat, veluti ſolito frequentior alacriorque populi conventus, indecora plebis acclamatio, aliudve ſimile; (id quod non ſemel Auguſtino etiam accidiſſe teſtatur in ejus Vita Poſſidius) ex eo præterea liquet, quod, cum eſſet certior factus Joannes, armatum con-

tra

tra illum ab Imperatoris conjuge Eudoxia Epiphanium, extemporaneam ipſum ſubito adverſus malas mulieres Concionem habuiſſe ſcribit Socrates in Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 14. hoc pacto: *Joanni nuntiatum fuit Imperatricem Eudoxiam Epiphanium contra illum armaſſe. Ille, utpote natura paulo ardentior, & in dicendo exercitatus promptuſque, ſine mora apud populum Concionatus, qua omnes mulieres acerbe exagitabat, pro ſuggeſto habuit.* Idem Chryſoſtomus ab exilio revocatus, inque Epiſcopali ſede vi gaudentis populi coactus conſidere, pace de more annunciata, extemporalem etiam habuit Concionem. Narravit hæc idem Socrates ibidem: ab illo autem accepta iterarunt Sozomenus in lib. 8. cap. 18. & Nicephorus in lib. 13. cap. 16. Quorum locorum verba ad rei firmitatem ſubſcribam: *Multitudo* (ait Socrates) *prodit illi obviam; cum ſumma reverentia ad Eccleſiam recta deducit: orat, ut ſedem Epiſcopalem, capeſſat, moreque conſueto pacem populo precetur. Cum ille recuſaret, diceretque, hoc non ante faciendum eſſe, quam tum cauſa ejus eſſet judicio diſceptata, tum hi, qui ipſum condemnarant, mutata ſententia abſolverent; magis incendi cœpit; tanta enim cupiditas eum cum in ſede collocatum videndi, tum de integro concionantem audiendi illam inceſſerat. Itaque populi concurſu res ſic confecta eſt. Cum Joannes eſſet in ſede Epiſcopali locatus, & de more pacem populo precatus fuiſſet, coactus neceſſitate etiam concionatus*

tus eſt. Hæc Socrates. Sozomenus vero: *Tum populus cantilenis pro re nata compoſitis obviam procedens, cum & ardentes tædas plurimi ferrent, ducunt ipſum* (Chryſoſtomum) *ad Eccleſiam, & quamquam reluctantem, & ſæpenumero aſſeverantem, oportere prius eos calculum ſuum revocare, qui contra ipſum tulerant, uti moris eſt Sacerdotibus, compulerunt illum & populo benedictionem impertiri, & in Epiſcopali ſede conſidere. Coactus itaque extemporalem quamdam Orationem habuit*, &c. Nicephorus tandem: *Vi autem eum plurima cogentes, in ſede Epiſcopali collocarunt, ut pacem populo ex ſuperiore loco annunciaret & precaretur. His rebus ita ex neceſſitate quadam actis, Orationem tum quoque ex tempore ad populum habuit, argumentis cum magna gratia appoſitis uſus.* Sed & Suidas adfirmans, magnam ex eo quoque laudem ſibi peperiſſe Chryſoſtomum, quod extemporales ad populum nullo negotio haberet Conciones, ſignificat utique, ſolitum eum aliquando ex tempore dicere: quibus autem ſententiam ſuam oſtendit, exprimitque ritum noſtrum, ſunt hæc Suidæ verba in ipſius Chryſoſtomi Vita: *Quodque ex tempore nullo negotio retentus erudiret omnes, linguamque haberet admirabili fluore Orationis exundantem, ipſis etiam abruptis Nili fluctibus fœcundiorem, non mediocris hinc illi accrevit ſuorum de ſe teſtium celebritas nominis.* De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcriptum reliquit idem Socrates in lib. 7.

cap.

cap. 2. crebro eum uſu dicendi ac diligentia tantam aſſecutum audaciam, ut neque invite neque inutiliter ex tempore concionaretur. *Primum*, (ait) *cum Presbyteri gradum obtinuiſſet*, (Atticus) *Conciones, quas ſummo ſtudio confecerat, ad verbum ediſcens, in Eccleſia recitavit: poſtea crebro uſu & diligentia majorem audaciam adeptus, ex tempore concionari cœpit, rationemque docendi magis popularem ſecutus eſt.* Fauſtum quoque Reienſem Epiſcopum dixiſſe nonnumquam ex tempore fidem facit Apollonaris Sidonius, cum in lib. 9. epiſt. 4. ſcribit in hunc modum: *Licet Prædicationes tuas*, (Fauſtum ipſum alloquitur Sidonius) *nunc repentinas, nunc, cum ratio popoſcerit, elucubratas, raucus ploſor audierim; tunc præcipue, cum in Lugdunenſis Eccleſia dedicatæ feſtis hebdomadalibus Collegarum ſacroſanctorum rogatu exorareris, ut perorares.* Repentinæ enim Conciones eæ ſunt proculdubio, quæ ſubito & ex tempore ſolebant haberi; elucubratæ vero, quas multum ac diu, antequam haberet, meditabatur Fauſtus. Hanc porro eamdem veritatem ex eo præterea planiſſime licet intelligi, quod ex illa quandoque lectione dicendi argumentum ſumebant Concionatores, quæ Lectori Codicem fortuito aperienti primum occurriſſet, id quod a nobis ſupra in lib. 1. c. 18. demonſtratum eſt. Certum autem eſt, dicenda non potuiſſe diu meditari Concionatores, cum fortuita & ſubita dumtaxat lectio dicendi argumen-

mentum tunc primo ſuggereret, nec multum temporis in legendo conſumeretur a Lectore. Adductis vero a me in hanc rem primo libro placet nunc ſubjicere illud Origenis factum, de quo meminere Suidas & ante Epiphanius; ritus autem noſter ex illo mire comprobatur: rogatus enim Origenes ab Hieroſolymorum Sacerdotibus ac pæne coactus Sermonem habere, ex iis verbis dicendi argumentum ſumpſiſſe dicitur, *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitiam meam, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* In quæ verba aperiens Pſalmorum Librum fortuito inciderat. *Origenes* (inquit Suidas in Origene,) *rogatus ac pæne coactus a Sacerdotibus Hieroſolymorum Sermonem habere; aperiens Librum, ubi ea verba elocutus eſt*, Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitiam meam, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? *complicavit Librum, & ſedit cum ejulatu lacrymans, omnibus unc cum eo ejulantibus.* Hoc ipſum ante Epiphanius in Panario contra Hæreſim 64. ita prodiderat: *Cum itaque perveniſſet ad Hieroſolyma* (Origenes), *velut talis enarrator & eruditus vir, compellebatur a Sacerdotibus in Eccleſia docere; & cum multum coegiſſent ipſum hi, qui tunc in Hieroſolymis Sacerdotium ſanctæ Eccleſiæ adminiſtrabant, ſurrexit, & dictum hoc ſotum Pſalmi 49. prolocutus, totam diſtinctionem præteriit: ſic autem dicit Pſalmus*, Peccatori dixit Deus, cur tu exponis juſtificationes meas, &

aſſu-

aſſumis teſtamentum meum per os tuum? & *complicatum Librum depoſuit, & cum fletu ac lacrymis conſedit, omnibus ſimul cum ipſo plorantibus*. Certe nihil aliud extra hunc unum ritum illa etiam declarant, quæ habent & de ſe-ipſo Magnus Gregorius Homilia 14. in Ezechielem, & de Auguſtino Poſſidius in ejus Vita: is enim ait, multa ſe plerumque intra ipſam Concionem coram populo aſſecutum, quæ domi meditans intelligere nequaquam potuerat: alter vero affirmat, ea dixiſſe interdum Auguſtinum inter concionandum cum Auditorum utilitate, de quibus nihil omnino dicere decreverat. Gregorii verba ſunt iſta: *Ne quidam me fortaſſe tacita cogitatione reprehendant, qui Ezechielis Prophetæ tam profunda myſteria a magnis Expoſitoribus intenta diſcutere præſumo, qua mente id faciam agnoſcant. Non enim hoc temeritate aggredior, ſed humilitate. Scio enim, quia plerumque multa in ſacro eloquio, quæ ſolus intelligere non potui, coram fratribus meis poſitus intellexi. Ex quo intellectu & hoc quoque intelligere ſtudui, ut ſcirem, ex quorum mihi merito intellectus daretur. Patet enim, quia hoc mihi pro illis datur, quibus mihi præſentibus datur. Ex qua re largiente Deo agitur, ut ſenſus creſcat, & elatio decreſcat, dum propter vos diſco, quod inter vos doceo; quia verum fateor plerumque vobiſcum audio, quod dico*. Apud Poſſidium autem ſic ſcriptum eſt: *Scio ego, non ſolum ipſe Poſſidius, qui Vitam hanc conſcripſi, re-*

tuta

rum etiam alii fratres & conſervi, qui nobiſcum tunc intra Hipponenſem Eccleſiam cum eodem ſancto viro vivebant, nobis pariter ad menſam conſtitutis eum dixiſſe: Advertiſtis hodie in Eccleſia meum Sermonem, ejuſque initium & finem contra meam conſuetudinem proceſſiſſe; quoniam non eam rem terminatam explicuerim, quam propoſueram; ſed pendentem reliquerim? Cui reſpondimus: Ita nos in tempore miratos ſcimus & recognoſcimus. At ille, Credo, ait, quod forte aliquem errantem in populo Dominus per noſtram oblivionem & errorem doceri & curari voluerit, in cujus manu ſunt & nos & Sermones noſtri; nam cum propoſitæ quæſtionis latebras pertractarem, in alium Sermonis excurſum perrexi, atque, non concluſa vel explicata quæſtione diſputationem terminavi magis adverſus Manichæorum errorem, unde nihil dicere decreveram, diſputans de iis, quæ aſſerere propoſueram. Hæc Poſſidius. Igitur palam factum eſt, ea nonnumquam dixiſſe Patres in concionando, quæ minime cogitarant, aut pararant, ſed quæ vel fortuita lectio ſubito obtulerat, vel caſus aut etiam tempus præter expectationem ſuggerebat. Ex quibus, ex tempore eos quandoque concionatos, tum vere, tum neceſſario videtur conſequi. Excutiam nunc illa, quæ eorumdem Patrum ſive ſtationem, ſive ſeſſionem in concionando vel ſtatuent, vel certe non obſcure indicabunt.

CA-

CAPUT XVII.

Stantes-ne, an ſedentes dixerint olim Concionatores. Hebræorum, ac Ethnicorum conſuetudo. Perpenſa Aquinatis Thomæ ſententia. Sedentes quidem interdum, communiori tamen more ſtantes locuti ſunt antiqui Patres, niſi aut ſenectus aut valetudo minus id paterentur.

CUm Eccleſiaſtici pæne omnes in concionando ritus, ut eſt ſupra non ſemel adnotatum, ex ipſis Hebræorum fontibus manarint, non erit abs re, opinor, ſtatuere; Starent-ne, an ſederent ipſi Hebræi, dum Legem populo explicarent, moreſque dicendo formarent. Stetiſſe quidem eos, indicat haud obſcure Esdras lib. 2. cap. 8. ita ſcribens: *Stetit Esdras Scriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & aperuit librum coram omni populo; ſuper univerſum quippe populum eminebat; & cum aperuiſſet eum, ſtetit omnis populus, Levitæ ſilentium faciebant in populo ad audiendam Legem, populus autem ſtabat in gradu ſuo;* &c. Et lib. 3. cap. 9. *Et ſtetit Eſdras Sacerdos & Lector Legis ſuper ligneum tribunal, quod fabricatum fuerat;*

& ſteterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Urias, Ezechias, & Balſamus ad dexteram; & ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malachias, Abuſthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et aſſumpſit Eſdras librum coram omni multitudine; præſidebat enim in gloria in conſpectu omnium. Hactenus Eſdras, ex cujus locis, ut ſingulos Hebræorum in dicendo mores data occaſione ſummatim ſaltem attingam, quatuor potiſſimum huc facientia colligo. Primum eſt; Populo audire Legis explicationem parato ſilentium imperari conſuevisſe: inquit enim Eſdras, *Levitæ ſilentium faciebant in populo ad audiendam Legem.* Quod etiam ex cap. 13. Actorum poteſt intelligi, ubi dicitur; *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens*, &c. Ad quem locum ait Chryſoſtomus ſolemnem fuiſſe tum morem Judæis. Alterum; Stetiſſe populum, dum Lex exponebatur: ſubjungit etenim Eſdras: *Et cum aperuiſſet librum, ſtetit omnis populus.* Et paulo poſt: *Populus autem ſtabat in gradu ſuo.* Tertio; In ipſo Templo, aut Synagoga, non niſi ex editiori loco fuiſſe Legem explicatam, ut Scriba nimirum & conſpici ab omnibus & audiri commodius poſſet: *Stetit* (ait Eſdras) *Scriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum.* Et iterum: *Stetit Eſdras Sacerdos & Lector Legis ſuper ligneum tribunal, quod fabricatum fuerat; præſidebat enim in gloria in conſpectu omnium.* Ultimum eſt; Adſtitiſſe viros aliquot ad hujuſmodi

modi tribunal, Scribamque Legem interpretantem cuſtodiſſe. Etenim, *Steterunt* (inquit) *ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Urias, Ezechias, & Balſamus ad dexteram; & ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malachias, Abuſthas*; &c. Quos omnes in dicendo ritus a Synagoga profectos ad Eccleſiam manaſſe, & ſupra adnotatum eſt, & infra ſuo loco docebitur. Ut itaque redeam ad id, a quo me Esdræ verba nonnihil averterant, ſtetiſſe Judæos, dum publice verba facerent, commemoratum beati Pauli exemplum ſatis aperte docet; inquit enim Lucas Actorum cap. 13. *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, de Chriſti adventu diſſerere cæpit*. Colligiturque etiam ex ejuſdem Pauli Epiſt. prima ad Corinthios, in qua cap. 14. ita habetur: *Quod ſi alii revelatum fuerit ſedenti, prior taceat*: quaſi dixiſſet Paulus, ut ad eum locum præclare adnotavit Ambroſius Catharinus: *Quod ſi revelatum fuerit ei, qui ſedens audiebat, prior, id eſt, qui ſtans loquebatur, taceat. Ita ut dicenti, quod ſtaret, ſedentem opponat beatus Paulus.*

Communiori tamen ritu ſediſſe Judæos Legem in Synagogis explicantes, populique mores publice formantes, ex eo manifeſte conſtat, quod Matthæi capite 23. & *Cathedra Moyſis* hac in re nominatur, & ſediſſe ſuper eam Scribæ & Phariſæi dicuntur. Hinc Ambroſiaſter ſeu Hilarius Eccleſiæ Romanæ Diaconus (quod ſemel monuiſſe ſufficiat) ad caput 14. primæ ad Corinth. ſcriptum reliquit,

quit, Judæos in Synagogis non niſi ſedentes docere ſolitos, ſeniores quidem dignitate in cathedris, ſequentes in ſubſelliis, noviſſimos vero in pavimento ſuper mattas. Chriſtus etiam Dominus Lucæ capite II. *inventus eſt in Templo inter Doctores ſedens & docens*. Et cap. 14. *Cum in Synagoga Iſaiæ librum ſtans perlegiſſet, docturus populum ſedit*. Matthæi V: *Docturus in monte ſedit*. Lucæ V: *Sedens docuit de navicula turbas*. Joannis VIII: *Sedens docuit in Templo populum*. Et Matthæi XXVI: *Quotidie ſedens docebat in Templo*. Quod autem legitur Joannis cap. VII. ſtetiſſe Jeſum die magno feſtivitatis, & clamaſſe; videtur id factum, vel quod ob populi multitudinem majori conatu & voce eſſet opus, cui rei ſtatio proculdubio commodior eſt, quam ſeſſio; vel quod ex media multitudine, hoc eſt, ex non conſueto habendis Concionibus loco, verba feciſſet Jeſus.

Ethnicos utique Oratores, ut hoc etiam obiter admoneam, non niſi ſtantes dixiſſe, ex eo facile crediderim, quod præcipiat Cicero, dum ſuum format Oratorem, ut ſit illius ſtatus erectus & celſus, rarus inceſſus nec ita longus, excurſio moderata, eaque rara.

Jam vero conſtituta Eccleſia Chriſtiana, variam fuiſſe hac in re Patrum conſuetudinem, quæ mox ſuggeram, non obſcure ſignificant. Beatus Thomas ad Joannis caput 7. cum dixiſſet, Chriſtum Dominum, ſedentem interdum, interdum ſtantem

ſtantem docuiſſe; & ſedentem quidem diſcipulos, ſtantem autem turbas: ſubdita ideo inoleviſſe in Eccleſia conſuetudinem, ut turbis verba fiant ſtando, Religioſis autem & Clericis ſedendo: ejuſque rei adſignans rationem; ait: *Prædicatio ad turbas, cum ſit quaſi ad eas convertendas, fieri debet per modum exhortationis, quæ ſtationem omnino requirit; ad Clerum vero, cum exiſtat jam in domo Dei, eſt veluti quædam commemoratio, quæ videtur ſeſſionem dumtaxat admittere.* Eadem repetit ad caput 5. Matthæi. Sed revera cum Chriſtus Dominus, ut ſupra dictum eſt, & in templo ſedens docuerit, ubi non diſcipuli ſolum, ſed etiam turbæ aderant: & de navicula ad turbas ſedens verba fecerit; videtur beatus Thomas facti potius congruam rationem, quam probabilem conſuetudinis originem, eo loco indicaſſe.

Stetiſſe porro antiquos Eccleſiæ Concionatores, deſignat beatus Chryſoſtomus Homilia 16. ad populum Antiochenum, dum ait: *Niſi multam a patribus neceſſitatem ſuſtinuiſſem, neque ſurrexiſſem, neque locutus fuiſſem, dolore obtenebratus ex puſillanimitate veſtra.* Cum enim, ut verba faciat ad populum, ſurgendum ſibi adfirmet Chryſoſtomus, ſignificat certe conſuetum ſtandi morem inter dicendum. Sed apertius exprimit hoc idem Homilia 33. in caput 10. Matthæi iis verbis: *Cauſa tui rectus ſtat Doctor, laboribus & afflictionibus affectus: qua igitur te excuſabis ra-*

tione ; ſi ne ad audiendum quidem paratum animum ei præbueris ? Nec obſcure indicat eumdem ritum beatus Auguſtinus Sermone 122. de Diverſis, cujus ipſa verba promam : *Quamquam* (ait) *propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur, tamen in ipſo altiore loco vos judicatis, & nos judicamur. Doctores dicimur, ſed in multis Doctorem quærimus*, &c. Et Concione 2. in Pſalmum 32. prope finem: *Adhuc quidem ſpectatores in amphiteatro forte inſaniunt, & in ſole ſedent, & nos, ſi ſtamus, tamen in umbraculo ſumus, & utiliora & pulchriora ſunt quæ ſpectamus.* Et Tractatu 19. in Joannis Evangelium : *Noſtis, Fratres, quia ad panem ventris cum labore pervenitur, quanto magis ad panem mentis ? Cum labore ſtatis & auditis, ſed nos cum majore ſtamus & loquimur.*

Sediſſe tamen veteres Patres in ſuis ad populum Concionibus habendis, eorumdem Chryſoſtomi & Auguſtini teſtimonia non uno loco declarant. Chryſoſtomus quidem Homilia prima *de Pœnitentia* hæc habet : *Reſtant quidem plura, ſed hæc ſobriis ad correctionem ſufficiant ; quare neceſſe orationem ſupprimere, nam cupio Patris audire vocem : quoniam ipſi quidem paſtoralis pueri ſubtili calamo ſibilamus, veluti ſub quercu aut fago quadam ad umbram ſatorum horum ſedentes ; hic autem, veluti Muſicus optimus auream citharam modulatus, ſonorum conſonantia univerſum excitat theatrum.* Auguſtinus vero libro Quinquaginta Homiliarum Homilia 28: *Quid volo*, (inquit) *quid de-*

deſidero, quid cupio, quare loquor, quare vivo, niſi hac intentione, ut cum Chriſto ſimul vivamus? Et Sermone 49. de Diverſis: *Ut ergo vos non diu teneam, præſertim quia ego ſedens loquor, vos ſtando laboratis.* Et libro de Catechizandis Rudibus cap. 13. ait: *Longe conſultius in quibuſdam Eccleſiis Tranſmarinis non ſolum Antiſtites ſedentes loquuntur ad populum, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacent, ne quiſquam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* Solemnem autem ejuſdem Chryſoſtomi morem fuiſſe, ut in ambone ſedens ad populum verba faceret, tradunt diſertis verbis Caſſiodorus & Nicephorus Calliſtus. *Poſt paucos dies* (ait ille in Tripartita lib. 10. cap. 4.) *cum ipſe Eutropius offendiſſet Imperatorem, inter refugas erat apud Eccleſiam; Epiſcopus vero* (Chryſoſtomus), *Eutropio ſub altari jacente, nimioque percuſſo timore, reſidens ſuper ambonem, ubi ſolebat prius facere conſuete Sermonem, Homiliam increpatoriam fecit adverſus eum.* Nicephorus vero Eccleſiaſt. Hiſtoriæ lib. 13. cap. 4. ita ſcribit: *Ex imperialibus ædibus profugiens* (Eutropius), *ſupplex in Eccleſia conſedit; tum Joannes abſurdum Eutropii conatum arguens, luculentam habuit Orationem in ambone ſeu ſuggeſtu:* qui mos ejus erat, cum populum doceret, ut omnes vocem ejus excipérent, ſedens. Sed & Optatus Milevitanus hanc ſedendi conſuetudinem indicat, cum in libro quarto adverſus Parmenianum Sacerdotes allo-

quens ita ſcriptum reliquit: *Electi eſtis, qui ſedentes populum doceatis.* Et paulo poſt: *Dum peccatorem arguit, & ſedentem increpat Deus, ſpecialiter ad vos dictum eſſe conſtat, non ad populum, qui in Eccleſia non habet ſedendi licentiam.* Et Gregorius Nyſſenus Oratione de Sancto Baptiſmate, dum ait: *Nunc agnoſce meum gregem; hodie video formam Eccleſiæ conſuetam, quando etiam carnalium curarum poſthabito negotio juſta plenitudine ad cultum Dei concurriſtis, atque ædem quidem populus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans & irrumpens; quotquot autem ab iis, qui intus ſunt, non admittuntur, apum in modum locum externum in veſtibulis implent: nam apum aliæ quidem intus in opere occupatæ ſunt, aliæ vero foris alveare circumſtrepunt: ſic igitur facite, o Filii, & nunquam hoc ſtudium deſeratis: affectu enim me paſtorali affici fateor, ac volo in hac ſublimi ſpecula ſedens circa ſubjectos vertici colles undique congregatum gregem contueri.* Quin etiam, cum multi Patres ad finem Concionum *exſurgendi* verbum uſurpent, ut conſuetas ad Deum preces una cum populo fundant, videntur hujuſmodi ſeſſionem adſtruere. Origenes Homilia 20. in Numeros: *Et ideo ſurgentes oremus, ut inveniamus paratum ſemper iſtum gladium Spiritus, per quem exterminentur, & ſemina ipſa, & conceptacula peccatorum.* Et Homilia 3. in Iſaiam: *Revera abſtulit opprobrium Jeſus, idcirco ſurgentes oremus Deum,* &c. Et Homilia 36. in Lucam:

Quæ

Quæ omnia cognoſcentes, & quam multa ſint genera regnorum, ſurgamus, precemurque Deum, &c. Athanaſius Homilia de Semente: *Ceterum quia & Sermo noſter ſatis proceſſit, ſurgentes & nos ipſi extendamus manus*, &c. Gregorius Nyſſenus Concione 5. de Oratione: *Verum ſurgentes dicamus etiam nos ad Deum*, Ne nos inducas in tentationem, &c. Denique Chryſoſtomus Sermone adverſus Hæreticos: *Itaque, quia oſtendimus regiam dignitatem & divinitatem Spiritus, nos cathedra exſurgentes, uno ore & uno corde glorificemus Patrem & Filium & Spiritum Sanctum.*

Crediderim itaque, diverſis in Eccleſiis diverſam quidem fuiſſe hac in re conſuetudinem, ut ex Auguſtino manifeſte colligitur citato paulo ante de Catechizandis Rudibus cap. 13. Communiori tamen fortaſſe more ſtantes locutos fuiſſe antiquos Patres, niſi aut ſenectus aut valetudo id non paterentur, exiſtimarim. Nam & Auguſtinus ipſe videtur excuſationem adferre, quod ſederet, tamquam præter conſuetudinem.

CAPUT XVIII.

Veterum Patrum prudentia in concionando. Eam ob cauſam ſacrorum myſteria in conſpectu non initiatorum vel ſilentio prætermiſſa, vel certe maxima circumſpectione & nonniſi obſcuro ſermone cum iis communicata. Abſtruſæ ac ſubtiliores quæſtiones coram imperita multitudine aut conſulto omiſſæ, aut accommodate ad vulgi captum & intelligentiam enunciatæ. Hujus ſilentii ac circumſpectionis ſeu obſcuritatis cauſa duplex; ut Catechumenorum deſiderium magis accenderetur, & ut ipſa myſteriorum dignitas ac majeſtas ſarta tecta ab omni contemptu conſervaretur. Quam imprudenter faciant noſtri temporis Concionatores, qui altiores quaſque ac difficiliores diſputationes ad rudium ac imperitorum aures afferunt, ingerunt vanas ac inutiles quæſtiones, & in vernacula Concione nihil, niſi quod peregrinam linguam ſonet, inculcant.

Culpa

CUlpa non ſolum carere debet, qui aliis verbo & exemplo præire debet, ſed & virtutibus omnibus præditus eſſe: talis certe ſit Concionator. Ceterum inter præcipuas virtutes prudentiam imprimis numeret & ſcientiam opportunitatis idonearum ad dicendum rerum. Quæ concionantes & ſacrorum myſteria in conpectu non initiatorum vel ſilebant omnino, vel certe nonniſi circumſpectione maxima obſcuriſque verbis enunciabant; & totos ſeſe ad populi captum atque intelligentiam quam familiariſſime accommodabant. Quæ duo loco ac ordine ſuo pluribus patefaciam.

Beatus Baſilius in Libro de Spiritu Sancto capite 27. de Chriſtianorum doctrina diſputans; duas ejus partes facit, Edicta nimirum ſeu Prætonia, & Dogmata: atque hæc quidem magno ſilentio premenda adfirmat, illa vero apud omnes enuncianda. *Qui in primordiis Eccleſiæ* (ejus verba ſunt) *certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & Patres, & in occulto ſilentioque myſteriis ſuam ſervavere dignitatem: neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio, cur quædam citra ſcriptum traditæ ſunt, ne dogmatum cognitio propter aſſuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud autem eſt Dogma, aliud Edictum; nam Dogmata ſilentur, Edicta vero publicantur.* Τὰ porro δόγματα hoc loco appellavit Baſilius, quæ alii τὰ ἀπόῤῥητα dixere, hoc

eſt, arcana minime evulganda. Quod ſi neceſſarium ducerent interdum Patres, hujuſmodi myſteria aliquomodo aperire, id profecto cir cumſpectione maxima, accurataque conſideratione, & non niſi obſcuris quibusdam & per occultationem prolatis verbis factitabant: quod ea nimirum hoc modo vix aperirentur, cum ſilentii ſpecies ſit obſcuritas, ut ait ibidem Baſilius. *Sunt etiam apud nos* (inquit Gregorius Nazianzenus in Oratione 3. quæ eſt in Julianum Invectiva 1.) *Sermones quidam non niſi per occultationem proferendi, neque enim inficias iero*, &c. Sed ut propius ad rem ipſam accedamus, Origenes Homilia 3. in Leviticum, cum in myſteriorum Euchariſtiæ mentionem incidiſſet, aures non initiatorum reveritus, poſt pauca nec ſatis aperta de eis verba, ſilentium ſibi imponit, atque ſola recordatione intelligi ea debere adfirmat. *Sed de his* (loquitur de Euchariſtiæ myſteriis) *non eſt plura diſſerere, quod recordatione ſola intelligi ſufficit*. Præclare Cyrillus Hieroſolymitanus Cathecheſi 6: *Hæc myſteria* (inquit) *ſacramentaque nunc patefecit Eccleſia ei, qui ex Catechumenis excedit, nec moris eſt Gentilibus exponere: non enim Gentili cuiquam de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto arcana myſteria declaramus; neque palam apud Catechumenos de myſteriis verba facimus, ſed multa ſæpe loquimur occulte, ut Fideles, qui rem tenent, intelligant, & qui non tenent, ne lædantur*. Chryſoſtomi

etiam

etiam ea verba ſunt in hanc rem Homilia 40. in 1. ad Corinthios : *Cupio equidem aperte hoc dicere, non audeo autem propter eos, qui non ſunt initiati : il enim expoſitionem nobis faciunt difficiliorem, ut qui nos cogant, vel non aperte dicere, aut eis arcana enunciare; ſed tamen dicam, quoad ejus ame fieri poterit, tecte & adumbrate.* Cyrillus quoque Alexandrinus lib. 7. adverſus Julianum ita ſcriptum reliquit: *Dicerem ſane de his* (de Baptiſmi myſteriis) *etiam multa alia & vera, demonſtrans, per Moſem & Prophetas præfiguratum eſſe hoc Sacramentum; & non novum, vel nuper ortum, & a nobis inventum, niſi, ſicut jam prædixi, revererer non initiatorum aures. Solent enim minus comprehenſibilia a pleriſque rideri, quod præ imbecillitate mentis ſuæ non vident, & omnino nihili faciunt, quæ omni admiratione proſequi decebat.* Quæ autem paulo ante dixerat Cyrillus, hæc ſunt: *Principium intelligentis fides, & hanc habet expoſitionem divinum noſtrum venerabile Sacramentum. Ut igitur non, in aures eorum qui non initiati ſunt occulta proferens, impingam in Chriſtum dicentem*, Ne detis ſanctum canibus, neque projiciatis margaritas veſtras ante porcos, *profundioribus relictis convertam me nunc potius*, &c. Plane in ea Epiſtola, quam pro Athanaſio ſcripſit Synodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, Thebaide, Libya, ad omnes ubique Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos, graviſſime inſimulantur Meletiani, ſeu a Meletianis ſubmiſſi & inſtructi viri,

ri quod apud Catechumenos, atque etiam Ethnicos non erubuiſſent de Euchariſtiæ myſteriis Sermones habere. Reperitur ea Epiſtola in 2. Athanaſii Apologia: cujus verba ſunt hæc: *Nec pudet eos coram Catbecumenis, &, quod pejus eſt, coram Ethnicis de myſteriis tragicari; cum oporteat, ſicut ſcriptum eſt*, myſterium Regis celare; *&, ut Dominus præcipit*, non eſſe ſancta porrigenda canibus, neque projiciendas margaritas ante porcos; *non enim fas eſt, myſteria non initiatis prodere, ne per imperitiam ea ſubſannent, aut Catechumeni per curioſitatem ſcandalizentur.* Dominicam cœnam expendens Epiphanius in Ancorato, audientium & ipſe aures reveritus, ejus Sacramenti formulam non niſi occultis verbis refert in hunc modum: *Videmus quod accepit Salvator in manus ſuas, quod ſurrexit in cœna, & accepit, & ubi gratias egiſſet, dixit, Hoc meum eſt, Hoc, & Hoc. Et videmus, quod non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inviſibili Deitati, non lineamentis membrorum; hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile quantum ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, Hoc meum eſt, Hoc, & Hoc.* Orthodoxus quoque apud Theodoritum in Dialogo primo, cum in Euchariſtiæ mentionem incidiſſet, obſcure omnino loquendum affirmat ea de cauſa, quod forte adeſſent aliqui non initiati: *Velim* (inquit ille, Eranistem alloquens) *te paulo magis myſtice reſpondere; adſunt enim fortaſſe nonnulli, qui non*

ſunt

unt initiati myſteriis. Reſpondet autem Eranites: *Ita audivi, & ita reſpondebo*. Et in Diaogo ſecundo Euchariſtiæ Symbola examinans dem Orthodoxus, poſtquam illa, propter non nitiatos, ænigmatice omnino enuncianda dixiet, panem quidem nutrimentum ex ſeminibus, inum autem potus ſpeciem appellavit: *Quod ppellas* (ait Eraniſtes) *donum, quod adfertur nte invocationem Sacerdotis?* Cui Orthodoxus: *Non oportet aperte dicere, eſt enim veriſimile adeſſe liquos myſteriis non initiatos*. Subdit Eraniſtes: *Reſpondeatur ænigmatice*. Orthodoxus vero: *Id uod fit ex hujuſmodi ſeminibus nutrimentum*. Tum lle: *Aliud autem ſignum quomodo nominamus? atque hic: commune etiam hoc nomen, quod potus ſpeciem ſignificat*.

Præclara porro ea eſt in hanc rem verborum formula, quam priſcos Patres non ſemel nec uno in loco uſurpaſſe reperio cum enim inter concionandum in myſteriorum fidei mentionem, ac præſertim Sacramentorum, inciderent, noſſentque optime, ut hactenus demonſtratum eſt; ea nonniſi circumſpectione maxima eſſe aperienda, de iis ita obſcure commemorabant, ut initiatis dumtaxat, qnod dicerent, perſpicuum eſſet: atque ut id conſulto, & non per imprudentiam ſe facere demonſtrarent, eam verborum formulam adhibebant, *Norunt initiati quod dicitur*. Chryſoſtomus Homilia 27. in Geneſim: *Si hoc fecerimus, poterimus pura conſcientia*

ad

ad ſanctam terribilemque hanc menſam accedere, & verba illa, quæ precationi inſerta ſunt, fideliter dicere. Sciunt initiati, quid dicatur. In Homilia 67. ejuſdem libri: *Vide quomodo nobis totum Sacramentum inſinuavit. Sciunt, qui initiati ſunt, quod dictum eſt.* In Pſalmum 140. de lingua loquens: *Hoc eſt membrum, per quod in primis reverendum ac ſumma veneratione dignum ſacrificium ſuſcipimus: ſciunt Fideles, quod dicitur.* Homilia 72. in Matthæi Evangelium: *ipſum autem Euchariſtiæ myſterium quanta miſericordia plenum ſit, initiati ſolummodo noverunt.* In Evangelium Joannis Homilia 8: *Non caſu & ſimpliciter hi fontes ſcaturierunt, ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt; ſciunt hoc initiati.* Et in Homilia 15: *Unam cunctis menſam, hoc eſt, terram, appoſuit Deus; dedit & aliam hac longe majorem menſam, ſed & hanc, Unam: norunt noſtris myſteriis initiati quod dicitur. Quare neceſſario diſcendum, quam admiranda myſteria, & cur data ſint, & quænam eorum utilitas, Unum corpus ſumus & membra ex carne ejus & oſſibus ejus; initiati autem aſſequantur, quæ dicuntur.* In Oratione de beato Philogonio: *Si cum fide acceſſerimus, proculdubio videbimus illum in præſepi jacentem: ſiquidem hæc menſa vicem explet præſepis: nam & hic ponitur corpus Dominicum, non quidem faſciis involutum, ſicuti tunc, ſed undequaque Spiritu Sancto conveſtitum, qui myſteriis initiati ſunt, intelligunt, quæ dicuntur.* Homilia 6. in Epiſtolam

ſtolam primam beati Pauli ad Timotheum: *Quid autem ſibi vult quod ait, Primum omnium: in obſequio ſcilicet quotidiano, perpetuoque divinæ religionis ritu; atque id noverunt Fideles.* Sed ſingulas Chryſoſtomi, aliorumque Patrum hac de re auctoritates cur ad verbum recitemus, minime quidem in præſentia neceſſarium ducimus. Quare ſatis erit ad id, quod ſpectamus, ipſorum Auctorum & locos & nomina deinceps indicare. Meminere igitur de hac eadem formula idem Chryſoſtomus Homilia 2. & 30. in Epiſtolam 2. ad Corinthios, in Caput quartum ad Galatas, Homilia 17. 20. & 22. in Epiſtolam ad Hebræos, & in Homilia de Proditione Judæ. Iſidorus Peluſiota in libro quarto Epiſtola 162. quæ eſt ad Ophelium Grammaticum. Et beatus Auguſtinus in libro decimo de Civitate Dei cap. 6. Enarratione in Pſalmos 33. 39. & 109. & in Sermone 17. de verbis Apoſtoli. Hujus autem formulæ illud forſitan adhuc exſtat veſtigium, quod noſtri temporis Concionatores, cum aut in altiorem ſubtilioremque diſputationem inciderint, aut occurrerit difficilior aliquis Scripturæ locus tractandus ac excutiendus, conſueverunt doctiores compellare Auditores, ad eos Orationem convertere, atque conceptis verbis hortari, ut animum diligenter advertant.

Sed hæc nunc quidem hactenus. Deinceps nobis explicandum eſt, quid ſit cauſſæ, quamobrem ſacrorum myſteria in conſpectu non initiatorum

tiatorum aut filuerint veteres Patres in concionando, aut obſcuris certe remotiſque a communi intelligentia verbis enunciarint. Duas igitur potiſſimum ejus rei cauſſas nobis ſuppeditat accurata Patrum lectio. Prima eſt; ut in Catechumenis aliisque non initiatis ſacrorum myſteriorum deſiderium accenderetur. Altera, quam præcipuam puto; Ut ipſa myſteriorum dignitas ac majeſtas ſarta tecta ab omni contemptu conſervaretur. Initium ſumo a prima. Beatum Auguſtinum Tractatu 96. in Joannem hujus teſtem invenimus; inquit enim: *Etſi Cathecumenis Sacramenta Fidelium non produntur, non ideo fit, quod ea ferre non poſſunt, ſed ut ab eis tanto ardentius concupiſcantur, quanto honorabilius occultantur*. Enarratione etiam in Pſalm. 109. hoc ipſum ſubobſcure ſignificat idem Auguſtinus, ſcribens in hunc modum: *Judæi non agnoſcunt Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech: Fidelibus loquor, ſi quid non intelligant Catechumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam*. Huc etiam pertinere videtur, quod ab Ambroſio ſcriptum eſt ſub initium libri de initiandis in hæc verba: *Inopinantibus melius ſe ipſa lux myſteriorum infundit, quam ſi eam Sermo aliquis præcurriſſet*. Eos enim inopinantes hoc loco vocat meo judicio Ambroſius, non qui fortuito atque ex caſu inopinato inciderint in myſteria divina, ſed qui ex ipſius rei ignoratione nullam potuerint de myſteriis concipere opinionem. Recte igitur

dictum

dictum a Claudiano Mamerto in ipso libri 2. initio de Statu animæ.: *Mortalium generi natura datum est, ut abstrusa fortius quærat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligat, & eo flagrantius ametur veritas, quo vel diutius desideratur, vel laboriosius quæritur, vel tardius invenitur.*

Quod autem ad alteram attinet causam; cum indigni putarentur a Patribus non initiati, quibus sacra mysteria concrederentur, existimabant etiam egregie cordati viri, eorumdem mysteriorum dignitatem ac majestatem quodammodo imminui, si illa ejusmodi hominibus apertis verbis enunciarentur. Præclare Cyrillus in sua Catecheseon Præfatione initiatum alloquitur: *Si Catechumenus ex te quæsierit, quid dicebant Doctores, nihil dicas externo: mysteria enim tibi & spem futuri sæculi tradidimus: custodi hoc mysterium retributori; nec unquam dicentem aliquem audi, quid obest, si & ego didicero? Etiam ægroti vinum quandoque postulant, quod si intempestive illis detur, phreneſim conciliat, & duo hinc nascuntur mala: nam & ager interit, & Medicus male audit. Sic & Cathecumenus, si audiat mysteria a Fideli, phreneſim patitur; nescit enim, quid audiverit, & tamen arguit rem ignotam, dictaque irridet, Fidelis vero tamquam proditor condemnatur. Jam ergo tu in finibus nostris constitutus, cave ne quid effutias: non quod digna non sint narratione ea, quæ ibi dicuntur, sed quod indignus est ille audire, cui*

cui refers. Fueras & tu aliquando Catechume
neque tamen propoſita myſteria tibi enarraban
Quando autem ſublimitatem eorum, quæ nunc
duntur, experientia didiceris, tum plane intelli
dignos non eſſe Catechumenos, qui ea audiant.
ſilius in paulo ante adducto libro de Spi
Sancto cap. 27: *Qui in primordiis Eccleſiæ (*
certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & Patres, (
occulto ſilentioque myſteriis ſuam ſervavere digi
tem: neque enim omnino myſterium eſt, quod ad p
lares ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio;
quædam citra ſcriptum tradita ſunt, ne dogma
cognitio propter aſſuetudinem vulgo veniret in
temptum. Athanaſius in 2. Apologia ait: *portet, ſicut ſcriptum eſt*, myſterium Regis
lare; *&, ut Dominus præcipit*, non eſſe ſa
porrigenda canibus, neque projiciendas ma
ritas ante porcos; *non enim fas eſt, myſteria*
initiatis prodere, ne per imperitiam ea ſubſanu
aut Catechumeni per curioſitatem ſcandalizen
Cyrillus demum Alexandrinus adverſus Julia
libro 7: *Dicerem ſane de his etiam multa ali*
vera, niſi revererer non initiatorum aures: ſ
enim minus comprehenſibilia a pleriſque rideri,
præ imbecillitate mentis ſuæ non vident, & on
nihili faciunt, quæ omni admiratione proſequi d
bat. Sacrorum igitur myſteria prudentiſſim
conſpectu non initiatorum ſiluiſſe veteres Pa
in concionando, aut certe non niſi abditis
buſdam & obſcuris verbis expoſuiſſe, ex

qu

quæ dicta ſunt hactenus, ſatis manifeſtum putamus.

Nunc autem aperiendum eſt, derivaſſe ex eodem prudentiæ fonte, ut altiores ac difficiliores quæſtionis coram imperita multitudine iidem Patres vel omiſerint conſulto, vel accommodate ad vulgi captum & intelligentiam enunciarint. Popularitatem in concionante præclaram ſemper fuiſſe virtutem, & ad conciliandos ac permovendos animos majorem, quam quiſquam putet, fatentur omnes: quæ quidem, ſi modo perfecta fuerit, non niſi a magna quadam prudentia, & felicis ingenii fœcunditate, cui etiam aſſidua exercitatio, longuſque dicendi uſus accecerit, proficiſcitur. Eſt autem Sermonis quædam ad omnium captum atque intelligentiam accommodata felicitas ac facilitas. De hac porro quid ſenſerit Baſilius Magnus, e Gregorio Nyſſeno non difficile eſt videre, dum quidem illa, quæ ſub initium ſuæ in Hexaemeron explicationis ad Petrum Fratrem ſcripta ſunt, teneantur: illa vero ſunt ejuſmodi: *Qui hæc & alia* (de altioribus concionantum diſputationibus agit) *loquuntur, hi mihi non videtur propoſitum Patris noſtri* (Baſilii) *doctrinæ finem intueri qui in ampliſſima Eccleſia populum frequentiſſimum alloquens, pro audientium intelligentia Sermonem moderabantur. In tanta enim multitudine licet eſſent nonnulli, qui altiores etiam diſputationes intelligerent, plurimi tamen doctrinæ ſubtilitatem non capiebant,*

piebant, utpote homines imperiti, atque opifices; & negotiis vilibus occupati, & mulieres in hujusmodi disciplinis minime exercitatæ, & puerorum turba, ætateque provecti senes, qui omnes Orationem facili instituendi recreandique erant; & per res procreatas, quæ cernuntur, earumque pulchritudinem, ad rerum omnium auctorem procreatoremque producendi. Quare si quis ex Præceptoris consilio dicta ipsius expenderit, nihil dubitationis relinquetur: neque enim verborum contentiones aucupabatur, nec facile sese quæstionibus implicabat, sed simplici verborum expositione audientium simplicitati sic Orationem suam accommodabat, ut variam tamen externæ Philosophiæ doctrinam redolens peritioribus etiam satisfaceret: quamobrem eam & imperiti intelligebant, & eruditi admirabantur. Eam ab eodem Magno Basilio vehementer adamatam, illud certissimo argumento est, quod, cum probe nosset Basilius, Pneumatomachos, quorum tunc late patebat imperium & potentia, in id unum maxime imminere, ut, si inter concionandum Spiritum Sanctum Deum esse apertis verbis fateretur, ex suggestu eum statim ac civitate pellerent, atque ita gubernatore ejecto Ecclesiam ipsi occuparent; eorum insidiis hac ratione sibi occurrendum putavit vir ille prudentissimus, & ad omnium auditorum captum atque utilitatem factus, ut ab aperta quidem Deitatis voce abstineret: verum aliis verbis illud idem explicaret. Rem totam his verbis persequitur Gregorius

rius Nazianzenus in Oratione 20, quæ eſt funebris in ipſius Baſilii laudem: *Ceterum Sermones cum judicio diſponere de Davidis conſilio & ſententia neceſſarium eſſe judicabat* (Baſilius,) *ac belli tempus & Hæreticorum principatum aliquantiſper tolerare, quoad libertatis tempus ſucceſſiſſet, linguaque libertatem ac licentiam attuliſſet. Illi enim nudam & apertam vocem de Spiritu Sancto, quod Deus eſſet, arripere ſtudebant,* (*quod quidem tametſi verum erat, impium tamen illis, atque improbo impietatis Antiſtiti videbatur*) *ut eum quidem cum Theologica lingua civitate pellerent, ipſi autem Eccleſiam occuparent, eamque ſceleris ſui propugnaculum facerent; atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne quod reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, teſtimoniiſque minime dubiis eamdem vim habentibus, neceſſariiſque argumentis, adverſarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti poſſent: Sed, quæ maxima Sermonis virtus & prudentia eſt, propriis vocibus conſtringerentur. Sed tamen propriam vocem interim uſurpare differebat, tum ab ipſomet Spiritu, tum a ſinceris ipſius propugnatoribus in gratiæ loco hoc petens, ne hoc ſuo conſilio offenderentur; nec committerent, ut, dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent; ipſos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, ſi vocabula paululum immutarentur, modo*

aliis verbis eadem docerentur, &c. Nec vero de eadem ſecus idem Gregorius Nazianzenus judicavit, cum in eos invectus, qui de Spiritus Sancti Deitate coram indoctis ac ſimplicibus viris audebant diſputare, ita ſcriptum reliquit in Oratione 44, quæ eſt in Sanctam Pentecoſtem: *Qui Deum eum* (Spiritum Sanctum) *cenſent, divini profecto viri ſunt, ac ſplendido animo præditi: qui vero etiam appellant, ſi quidem apud probo judicio præditos Auditores, ſublimes & excelſi ſunt: ſin autem apud abjectos & humi provolutos, haud ſatis prudentes, utpote qui luto margaritam, & imbecillæ auri tonitrui ſonum, & ſolem infirmis oculis, & lacte adhuc utentibus ſolidum cibum committant; cum eos paulatim ad ulteriora promovere, atque ad ſublimiora provehere conveniat, lumen lumini largiendo, ac veritati veritatem conciliando.* Sed in hæc popularitate admirabile quidem eſt, quantum inter omnes Concionatores, tum Græcos, tum Latinos, unus excelluerit Chryſoſtomus. Hic enim Auditorum aures Orationis ſuæ menſuram arbitratus totum ſe ad illorum captum & utilitatem accommodabat; ac veluti Proteus, non quidem ad calliditatis flexus & illecebras, ſed ad hominum ſalutem procurandam, in omnes ſe vertebat formas, omnia pæne omnibus factus. Narrat nobis Symeo Metaphraſtes, ad unius mulierculæ vocem, conquerentis conſuli parum ſuæ ſuique ſimilium intelligentiæ, deſcendiſſe eum non

non ſemel ex dicendi ſublimitate ad ſimplicem omnino facilemque Orationis formam; *Cum itaque* (ait Metaphraſtes in Chryſoſtomi Vita.) *copioſe ad eum affluxiſſet Spiritus ſapientiæ, licebat quidem videre frequentiores congregationes, & populum ad eum audiendum convenientem, ejus autem linguam, quæ movebatur aſſidue, & Orationis fluento innundabat. Quo tempore cum Sermonem extolleret altius, quam ut id vulgi ingenium caperet, mulier quædam, quæ prompto quidem & alacri animo concurrerat, eorum autem, quæ dicebantur, altitudinem aſſequi non poterat, ne dubitavit quidem ejus Orationem aperte reprehendere, & eam vocare infrugiferam; propterea quod non adepta eſſet id, quod deſiderabat. Hoc cum ad aures illius perveniſſet, effecit, ut intellectu facilierem & apertiorem componeret Orationem.* Eam ob cauſam ſubtiles & reconditas ex Theologia quæſtiones, *de Scientia Dei, de Prædeſtinatione, de Gratia, de Libero Arbitrio*, de induſtria omittebat vir prudentiſſimus, vel ſi quid hujuſmodi neceſſario diſcutiendum erat, quam commodiſſime ad vulgi captum atque intelligentiam factitabat, in moralem ſenſum totum ſeſe conjiciens: ac in his potiſſimum quæſtionibus lubens acquieſcebat, *Eleemoſinam eſſe artem omnium quæſtuoſiſſimam. Maximum fieri ex miſeriis & calamitatibus lucrum. Nolle omnia ſcire, ſummam ſapientiam eſſe. Ignominiam eſſe hujus mundi gloriam. Mortem eſſe vitæ meliorem. Melius eſſe injuriam*

juriam pati, quam inferre. Neminem lædi niſi a ſemetipſo. Et his ſimilia inveniebat argumenta, hæc ad dicendum deligebat, hæc urgebat, hæc ſuavi quodam doctrinæ temperamento condiebat, ut nimirum Auditorum animos & novitate attentos teneret, & delectaret varietate, & facilitate doceret. Latinos etiam Patres in dicendo hanc eamdem popularitatis virtutem mirifice dilexiſſe, facile fuiſſet exemplis non paucis oſtendere: ſed unicum ego illud proferre ſtatui; quod nunc quidem in Auguſtini Sermone 78. de Tempore non omnibus patet; hæc igitur dicit Auguſtinus: *Si expoſitionem Sanctarum Scripturarum eo ordine & illo eloquio, quo a Sanctis Patribus ſunt expoſitæ, Caritatis veſtræ auribus voluerimus intimare, non niſi ad paucos Scholaſticos cibus doctrinæ poterit pervenire, reliqua vero populi multitudo jejuna remanebit. Et ideo rogo humiliter, ut contentæ ſint eruditæ aures verba ruſtica æquanimiter ſuſtinere, dummodo totus grex Domini ſimplici &, ut ita dixerim, pedeſtri Sermone pabulum ſpirituale poſſit accipere. Et quia imperiti & ſimplices ad Scolaſticorum altitudinem non poſſunt aſcendere, eruditi ſe dignentur ad illorum ignorantiam inclinare; quia quod ſimplicibus dictum fuerit, Scholaſtici intelligere poſſunt: quod autem eruditis fuerit prædicatum, ſimplices omnino capere non valebunt.*

Atque hoc loco quidem mirari ſatis non poſſum eos noſtri temporis Concionatores, qui neque

eque ſacrorum myſteriorum majeſtatem reve-
iti, neque ullam habentes rudium ac imperito-
um audientium ſimplicitatis rationem, num-
uam ſatis concionandi munus ſe expleviſſe ar-
itrantur, niſi altiores quasque ac difficiliores
x univerſa Theologia depromptas diſputatio-
es in ſuas congeſſerint Conciones. Et tunc
e pulcros ac beatos putant, cum vel ad do-
trinæ pompam, vel ad oſtentationem memo-
iæ alia aliis Patrum teſtimonia acervatim ac
ontinuato ſpiritu ingerunt; inculcant Latina,
Græca, Hebraica, nonnumquam etiam Arabi-
a & Syriaca; Theodotionis, Aquilæ, Sym-
achi verſiones commemorant; Chaldaicam
araphraſim adducunt; proferunt multa ex Ma-
uſcriptis Codicibus, quos nondum publici ju-
is factos in hac vel illa Bibliotheca aſſervari
icunt; ex Cabaliſtis etiam promunt quædam
oluti oraculis ſimillima. Agitant inutiles ſæpe
uæſtiones: ligno-ne, & qua ligni ſpecie fuerit
bel interfectus: item ex qua arbore avulſa mi-
aculorum effectris Moſis virga: rurſus, factum-
e & ſignatum aurum, an in maſſa obtulerint
Magi, ſimiliter, an Chriſtus & beata Virgo
ovem & aſinum in Bethlemitica peregrinatio-
e ſecum duxerint: & cum in Evangelio agi-
ur de ſignis in Sole & Luna, de terræ-motu,
ec. tunc meteororum rationes ex Philoſophia
xplicant; quid ſint cincinnatæ ſtellæ ſeu Co-
netæ, quidve de iis priſci Philoſophi judicarint,

afferunt: addunt etiam, qui maximus terræ mortalium memoria extiterit motus; ab eoque adfirmant concussa tecta interdum interdum, ædes conquassatas, urbes etiam aliquando prostratas, nec non cum eo factas nonnumquam aquarum inundationes. Ad summam, ut aliquod doctrinæ choragium ingerant, promunt ex historia naturali quidquid est abditum & incredibile, vagantur per omnia terrarum imperia, locos percensent, enumerant reges, & vel minima data occasione mirabiles de re quacumque faciunt excursiones, disjuncta quæque conjungunt, & cum præsentibus futura copulant. Quæ quidem omnia, si cuti delibata prudenter, ubi res nimirum videtur ita postulare, habent aliquid gratiæ, & Auditorum aures delectant, ita putide & inepte inculcata satietatem afferunt ac fastidium, & concionantum produnt infantiam. Sed omissis nostri temporis Concionatoribus venio ad priscos Auditores, de quibus ex instituto nunc dicam.

CA-

CAPUT XIX.

Omnes olim in Concionibus adeſſe poterant; Catechumeni, Competentes, Hæretici, Judæi, ac Gentiles. Ejus rei cauſſa aſſignata.

ANtiquitus Eccleſiæ aditu prohibebatur nemo, nemo ſubmovebatur a foribus, quales quales erant, ſive Fideles, ſive Catechumeni, ſive Competentes, ſive Hæretici, ſive Judæi, ſive Gentiles, & quicumque tamdem non initiati admittebantur in Concionem confuſe ac promiſcue.

De Cathecumenis liquet ex ipſa nominis vi ac ſignificatione. Etenim κατηχεῖν, quod eſt, *viva voce inſtruere*, ſuum traxere nomen Catechumeni: quod viva nimirum voce, hoc eſt, Concionatorum miniſterio, Chriſtianæ fidei elementis imbuerentur; unde etiam *Audientes* interdum, interdum *Auditores* ab Eccleſiaſticis Scriptoribus fuere vocitati. Tertullianus deinde in Libro de Præſcriptione adverſus Hæreticos cap. 41. cum adfirmet, in Eccleſia ipſo Concionum tempore ſecerni vix poſſe & internoſci Fideles a Catechumenis, demonſtrat utique, ad ipſas Conciones audiendas Catechumenis æque ac Fidelibus aditum patuiſſe. *Quis Catechu-*

techumenus, (ait Tertullianus) *quis Fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt*. Ad hæc, cum ipſæ Conciones, quemadmodum loco docebimus, intra Miſſarum ſolemnia, olim etiam, haberi ut plurimum ſolerent proxime poſt Evangelii recitationem; cumque tunc ſolum Diaconorum voce dimitterentur ab Eccleſia Catechumeni, quando Sacramentorum Miſſa, ut Ivonis verbo utar in Epiſtola 219. peragenda erat & oſtendenda; manifeſtum eſt, adfuiſſe in Concionibus ipſos quoque Catechumenos. Id ipſum poſtremo ex eo perſpicuum fieri arbitror, quod exſtant adhuc plurimæ, tum Græcorum, tum Latinorum Patrum Homiliæ ad ipſosmet Catechumenos; unde etiam Catecheſeon nomen invenere.

De Competentibus, in Auguſtini Sermone 216. de Tempore, diſerte ſcribuntur hæc: *Hodie, Fratres cariſſimi, ſpecialiter ad Competentes humilitatis noſtræ Sermo dirigitur; & quamvis omnibus etiam Fidelibus baptizatis admonitio noſtra conveniat; peculiariter tamen eos, qui nunc Baptismi Sacramenta deſiderant, volumus admonere*.

De Hæreticis vero illa ſunt in Auguſtini Vita a Poſſidio conſcripta: *Libros ejuſdem* (Auguſtini) *ſive Tractatus, mirabili Dei gratia procedentes, inſtructos omni rationis copia atque auctoritate Sanctarum Scripturarum, ipſi quoque Hæretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant*. Manichæos utique concionanti Auguſti-

no

no adfuiſſe interdum, in eodem Libro teſtificatur illud ejuſdem Poſſidii, cum ait: *Scio ego, non ſolum ipſe Poſſidius, qui Vitam hanc conſcripſi, verum etiam alii fratres & conſervi, qui nobiſcum tunc intra Hipponenſem Eccleſiam cum eodem ſancto viro vivebant, nobis pariter ad menſam conſtitutis eum dixiſſe: Advertitis hodie in Eccleſia meum Sermonem, ejuſque initium & finem contra meam conſuetudinem proceſſiſſe; quoniam non eam rem terminatam explicuerim, quam propoſueram, ſed pendentem reliquerim? Cui reſpondimus: Ita nos in tempore miratos ſcimus, & recognoſcimus. At ille, Credo, ait, quod forte aliquem errantem in populo Dominus per noſtram oblivionem & errorem doceri & curari voluerit, in cujus manu ſunt & nos & Sermones noſtri: nam cum propoſitæ quæſtionis latebras pertractarem, in alium Sermonis excurſum pertexi, atque non concluſa vel explicata quæſtione, diſputationem terminavi magis adverſus Manichæorum errorem, unde nihil dicere decreveram, diſputans, quam de iis, quæ aſſerere propoſueram.*

De Judæis tamdem, ac Gentilibus, ſeu potius de quibuſcumque non initiatis accipiendus eſt Canon ille 84. Concilii IV. Carthaginienſis, relatus a Burchardo in libro 3. cap. 245 ab Ivone, tum in libro ſecundo Panormiæ tit. 4. cap. 14. tum in tertia Parte Decreti cap. 333 & a Gratiano Diſtinct. 1. cap. 60. Verba autem hujus, quem dixi, Canonis ſunt hæc: *Epiſcopus nullum*

nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire Verbum Dei, ſive Gentilem, ſive Hæreticum, ſive Judæum. Dum enim (*nullum*) dicit Canon, profecto quemcumque etiam non initiatum intelligit. Sed & Concilii Valentini in Hiſpania can. 1. A. D. 546. hac de re ita Patres caverunt: *Antiquos Canones relegentes inter cetera hoc cenſuimus obſervandum, ut Sacroſancta Evangelia, ante munerum illationem, in Miſſa Catechumenorum, in ordine lectionum poſt Apoſtolum legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel Sermonem Sacerdotis, non ſolum Fideles, ſed etiam Catechumeni, & Pœnitentes, & omnes, qui ex diverſo ſunt,* (Hæreticos intellige, Judeos, Gentiles, & quoſcumque non initiatos) *audire licitum habeant.* Hoc ipſum locus ex Gregorii Nyſſeni Oratione de ſancto Baptiſmate plane probat; in quo iſta ſcripta ſunt: *Atque idcirco vos quidem, qui ex hoc populo initiati eſtis, bona fidei noſtræ experti convenistis, atque adducitis etiam expertem adhuc & imperitam harum rerum multitudinem, tamquam boni patres cura atque conciliatione non initiatos ad perfectam pietatis comprehenſionem deducentes. Ego vero gratulor utriſque: initiatis quidem, quod magno dono ditati eſtis: non initiatis vero, quod bona futura ſperatis;* &c. Apud Auguſtinum etiam in Homilia 49. Libri Quinquaginta Homiliarum in hanc rem ſic ſcriptum videas: *Audite, cariſſimi, membra Chriſti, & matris & Catholicæ filii.*

ii. *Quod dico Competentibus, audiant Fideles; ıdiant & Pœnitentes: quod dico Fidelibus, dico Competentibus & Pœnitentibus, audiant Cate-umeni, audiant omnes, omnes timeant, nemo ntemnat.* Huc tamdem illa faciunt, quæ ſu-riori capite ſunt adducta ad probandum, ſa-orum myſteria priſcos Patres concionantes, in nſpectu non initiatorum vel minime expoſuiſ-, vel certe maxima circumſpectione & non-ſi obſcuris verbis enunciaſſe.

Quid porro cauſæ ſit, quam ob rem Cate-umenis, atque omnibus non initiatis licuerit lim in Catholicorum Concionibus intereſſe, dem Patres in Valentino Concilio congregati rodidere, ita ſcribentes: *Sic enim Pontificum rædicatione audita nonnullos attractos ad fidem evi-enter ſcimus.* Atque hinc nemini jam obſcu-ım erit, cur inter concionandum conſueverint ve-eres Patres, præſertim vero beatus Auguſti-us, Hæreticos compellare interdum, interdum xagitare Judæos, ſæpe etiam adverſus Gentiles ıire certamen.

CA-

CAPUT XX.

Separati a laicis clerici, viri a mulieribus, atque a nuptis virgines, aderant in Concionibus. Cancellis clerus a populo dirimebatur, a feminis mares ligneis ſeptis; virgines editiorem aliquem habebant in Eccleſia loçum, in quo a nuptis ſeparatæ conſiſterent. Intermiſſam lignei ſepti conſuetudinem ſanctus Carolus in Mediolanenſi Eccleſia revocavit.

QUemadmodum olim in Hieroſolymitano Templo, juxta ſexum, conditionem, & gradum, ſuus erat cuique proprius atque ab aliis diſtinctus locus; ita in Chriſtianorum Eccleſiis fuere ſemper loci diſcrimine ſeparati a clericis laici, mares a feminis, atque ab innuptis nuptæ.

Plura ſane de locorum diſcrimine in priſcis Hebræorum templis poſſunt ex ſacris vetuſtiorum monimentis teſtimonia proferri, ſed, cum hoc a loco, qui nunc tractatur, longius paulo recederet, ſatis habebo nonnulla dumtaxat indicaſſe, ex quibus hujus rei cognitio, quantum licet, peti queat. Locorum igitur diſcrimen in He-

Hebræorum templis ſtatuunt, Exodi caput 38, Maccabæorum libri 2. caput 3, Lucæ Evangelii caput 2, Joſephi de Bello Judaico libri 6. caput 6, Origenis Tractatus 26. in Matthæum.

Quod ad Chriſtianorum Eccleſias attinet, clerum ſemper in iis fuiſſe loci diſcrimine a populo ſeparatum, diſcimus ab Auctore Conſtitutionum Apoſtolicarum his verbis ſcribente in libro 2. cap. 57. *Sit ſolium Epiſcopi in medio poſitum, & adſtent Diaconi ſuccincti & expediti ſine multa veſte*, &c. *Sit autem horum cura, ut laici in altera parte ordine & decore & quiete ſedeant.* Quibuſcum ea, quæ Gregorius Nazianzenus in Inſomnio de Anaſtaſiæ Eccleſia prodidit, maxime congruunt; inquit enim: *Sublimi quidem throno inſidere mihi videbar: utrinque porro, inferioribus tamen ſubſelliis, Preſbyteri, hoc eſt, gregis Chriſtiani duces, conſidebant: at vero Diaconi candidis veſtibus ornati ſtabant, Angeli ſplendoris ſpeciem præ ſe ferentes. Plebs autem partim circum cancellos apum more fuſa erat, (certatim enim omnes incumbebant, ut proximum quemque ſuggeſtui noſtro locum obtinerent) partim ad me audiendum confluens veſtibuli anguſtia premebatur, auribus nimirum ac pedibus æque feſtinans, partim ex foro viciſque urbis ad Sermones meos accurrebat.* Et ſtatim: *Diſtinctim autem plebs ſtabat Sermonis noſtri audiendi cupiditate flagrans.* Hæc Nazianzenus, ex quibus apparet illud facillime,

cillime, tametſi in hoc Libello per inſomnium dicat omnia, nihil tamen eum dicere, quod non revera cum Ritibus Eccleſiaſticis apte conſentiat. Nec ab his Gregorius Nyſſenus diſcedit; nam in Oratione de Sancto Baptiſmate populum dicens ob acriorem Sermonis audiendi cupiditatem in ipſamet adyta ſacra penetraſſe ac irrupiſſe, demonſtrat utique, ſolis hæc adyta clericis patere conſueviſſe, atque adeo ſeparatum loci diſcrimine a populo clerum. Gregorii autem verba, ex ea, quam dixi, Oratione, ſunt hæc: *Nunc agnoſco gregem meum; hodie video formam Eccleſiæ conſuetam; quando etiam carnalium curarum poſthabito negotio juſta plenitudine ad cultum Dei concurriſtis: atque ædem quidem populus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans & irrumpens; quotquot autem ab iis, qui intus ſunt, non admittuntur, apum in modum locum externum in veſtibulis implent: nam apum aliæ quidem intus in opere occupatæ ſunt, aliæ vero foris alveare circumſtrepunt. Sic igitur facite, o Filii, & numquam hoc ſtudium deſeratis: affectu enim me paſtorali affici fateor; & volo in hac ſublimi ſpecula ſedens circa ſubjectos vertici colles undique congregatum gregem contueri.* Concilii quoque Turonenſis II. Canone 4. ita conſtitutum fuit: *Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos, tam ad Vigilias quam ad Miſſas, ſtare penitus non præſumant, ſed pars illa, quæ a cancellis verſus altare dividitur,*

choris

choris tantum pſallentium pateat clericorum. Apud Gratianum etiam C. Sacerdotum de Conſecrat. diſtinct. 2. ea verba leguntur: *Sacerdotum, aliorumque clericorum Eccleſiæ ſervientium honores a laicorum loco diſcrete apparere convenit; quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes & reliqui clerici conſiſtunt, quod Presbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur, conſiſtere.*

A mulieribus autem ſeparatos adfuiſſe viros in conventibus ſacris ſignificat Apoſtolicarum Conſtitutionum Auctoris locus ex lib. 2. cap. 57. in quo ita ſcriptum eſt: *Sit autem horum* (Diaconorum) *cura, ut laici in altera parte ordine, & decore, & quiete ſedeant; item ut ſedeant mulieres ſeparatim ac cum ſilentio.* Hoc ipſum idem Auctor & beatus quoque Ignatius videntur ſenſiſſe; cum is in loco citato Diaconiſſas ad mulierum introitum in Eccleſiam cuſtodiendi cauſa collocat; alter vero, cum, ad Antiochenos ſcribens, eaſdem Diaconiſſas ſacrorum veſtibulorum cuſtodes appellat: quod nimirum, quemadmodum Eccleſiæ foribus, qua viri ingrederentur, præfecti olim erant Oſtiarii, ita Diaconiſſæ præerant portis mulieribus tantum patentibus: vana autem prorſus atque inanis fuiſſet hæc portarum diſtinctio, ſi intra ipſam deinde Eccleſiam potuiſſent viri ac mulieres confuſe & promiſcue conſiſtere. Locus eſt etiam in Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſeon Præfa-

tione, qui hanc virorum ac mulierum ſeparationem ſic approbat: *Concluſa eſt Eccleſia, & vos omnes intus: hæc tamen ſeparentur, viri ut ſint cum viris, mulieres cum mulieribus.* Cujus rei rationem hanc illico ſuggerit: *Ne ſtudium ſalutis ſit perditionis occaſio: etſi enim pulcrum ſit inſtitutum, proximum aſſidere proximo; ſed procul tamen ſint affectiones.* De eadem ſeparatione, in prima Procopii de Juſtiniani ædificiis Oratione, iſta planiſſime dicuntur: *Sunt autem dua utrinque porticus,* (loquitur Procopius de ſanctæ Sophiæ templo) *quas faſtigiata teſtudo & aurum venuſtant: harum una viros, altera mulieres admittit.* Id ipſum ab Amalario quoque Fortunato in libro 3. de Eccleſiaſticis Officiis cap. 2. aperte ſignificatur his verbis: *In conventu Eccleſiaſtico, ſeorſum maſculi, & ſeorſum femina ſtant; quod accepimus a veteri conſuetudine.* Auguſtinus præterea & Romani Ordinis Auctor huc intendiſſe animum poſſunt videri, cum feminarum partis in Eccleſia meminerint. Auguſtini verba in libro de Civitate Dei 22. cap. 8. ſic habent: *In Carthagine Innocentia, religioſiſſima femina, de primariis ipſius civitatis, in mamilla cancrum habebat: admonetur in ſomnis appropinquante Paſcha, ut in parte feminarum obſervanti ad Baptiſterium quæcumque illi baptizata primitus occurriſſet, ſignaret ei locum ſigno crucis Chriſti; fecit, & confeſtim ſanitas ſecuta eſt.* Romani vero Ordinis Auctor paucis ait in hunc mo-

modum: *Pontifex antequam tranſeat in partem mulierum*, &c. Quin etiam maſculorum locum in Eccleſia fuiſſe ad Meridiem, ſeu in Auſtrali parte, feminarum autem in Boreali, ſeu ad Aquilonem, teſtatur idem Amalarius, Micrologi Auctor, & Radulphus Tungrenſis: *Maſculi* (inquit ille loco paulo ante adducto) *ſtant in Auſtrali parte, & feminæ in Boreali; ut oſtendatur, per fortiorem ſexum firmiores Sanctos ſemper conſtitui in majoribus tentationibus æſtus hujus mundi, & per fragiliorem ſexum infirmiores Sanctos aptiori loco*, &c. Alter in libro de Eccleſiaſticis Obſervationibus cap. 9. ita ſcribit: *Diaconus, cum legit Evangelium, juxta Romanum Ordinem in ambone vertitur ad Meridiem, ubi & maſculi conveniunt, non ad Aquilonem, ubi feminæ conſiſtunt.* Quæ excepta a Radulpho in Libro de Canonum Obſervantia propoſitione 23. referuntur hoc modo: *Diaconus, cum Evangelium legit, juxta Romanum Ordinem in ambone vertitur ad Meridiem, ubi & maſculi conveniunt*, &c.

Sed & ſuum virginibus proprium atque a nuptis mulieribus diſtinctum fuiſſe in Eccleſia locum, in Conſtitutionum Apoſtolicarum libro 2. cap 57. haud obſcure ſignificatur his verbis: *Nuptæ jam & matresfamilias ſeorſum: virgines autem, & viduæ, & anus primæ omnium ſtent, aut ſedeant.* Hoc idem voluiſſe Cyrillum Hieroſolymitanum, citata Catecheſeon Præfationis clauſula docet, in qua ſic eſt: *Conventus porro*

virginalis ſic congregetur, ut vel pſallat, vel oret, vel legat; & nupta quoque ſimiliter agat & oret, &c. Cum enim, ut mulieres in Eccleſia loca a viris ſeparata haberent, decere dixiſſet Cyrillus, de virginibus tamdem, tamquam a nuptis diſtinctis, ea verba pronunciavit. Cyrillo autem conſentiunt Ambroſius & Gregorius Nazianzenus: ille quidem in Tractatu ad virginem lapſam; etenim, poſtquam tabulis ſeparari conſueviſſe marium ac feminarum loca adfirmaſſet, concludit hoc pacto: *Diviſa eſt mulier, & virgo.* Gregorius vero Nazianzenus ſuum pergens de Anaſtaſiæ Eccleſia narrare inſomnium: *Sanctæ virgines* (ait) *una cum gravibus matronis* (viduas & anus intellige) *e ſublimi tecto caſtiſſimas Sermonibus meis aures inclinabant.* Etiam in Hebræorum templo fuiſſe locum, in quo virginibus quidem, aliis non item mulieribus, liceret conſiſtere, docet Origenes Tractatu 26. in Matthæum his verbis: *Venit ad nos talis traditio, quaſi ſit aliquis locus in templo, ubi virginibus quidem conſiſtere licet, & orare Deum: expertæ autem torum virilem non permittebantur in eo conſiſtere.*

An hæc omnia non ſatis indicant, vere ſeparata habuiſſe olim in Eccleſia loca a laicis clericos, viros a mulieribus, atque a nuptis virgines? Quæ tamen fient adhuc illuſtriora, ſi hujuſce ſeparationis modum ac formam aliquatenus expreſſerimus.

Cle-

Clerus certe a populo cancellis dirimebatur. ixtat apud Euſebium Cæſarienſem in Hiſt. Eccl. b. 10. c. 4. Panegyrica Oratio pro Eccleſiarum xædificatione, Paulino Tyriorum Epiſcopo dicata, in qua, dum Tyri Eccleſiæ inſtauratio b eodem Paulino facta graphice depingitur, de ancellis etiam populum a clero dirimentibus ita riptum: *Porro cum templum in hunc modum bſolviſſet, throniſque altiſſimis in honorem præſi-ntium ac præterea ſubſelliis per univerſum tem-lum diſpoſitis exornaſſet, poſtremo Sanctum Sancto-m, altare videlicet, in medio conſtituit. Utque ec ſacraria multitudini inacceſſa eſſent, ea rurſus gneis cancellis munivit.* Meminit eorumdem ancellorum non ſemel Gregorius Nazianzenus; eluti Oratione ad 150. Epiſcopos, quæ eſt umero 32. quo loci: *Valete Sermonum meorum matores, & curſus & concurſiones, & calami am perſpicui, quam occulti, atque hujus ſuggeſti ancelli a multitudine compreſſi hominum audiendi udio ſeſe mutuo protrudentium.* Et citato de Aaſtaſiæ Eccleſiæ inſomnio: *Plebs* (inquit) *par-m circum cancellos apum more fuſa erat: cer-atim enim omnes incumbebant, ut proximum quem-ue ſuggeſtui noſtro locum obtinerent; partim ad e audiendum confluens veſtibuli anguſtia pre-iebatur.* Sed apertius in carmine ad Epiſcoos:

Hos quoque, qui mundos dirimunt, quorum effluit alter,
Alter at uſque viget, ſtabiliſque in ſecula durat,
Divoſque atque homines diſcludunt limite certo,
Cancellos. ---

Eodem autem referenda ſunt, quæ in II. Turonenſi Concilio Can. 4. ita ſcripta leguntur: *Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur inter clericos, tam ad Vigilias, quam ad Miſſas, ſtare penitus non præſumant: ſed pars illa, quæ a cancellis verſus altare dividitur, choris tantum pſallentium pateat clericorum.* Hinc & pulchre Germanus Conſtantinopolitanus in ſua Eccleſiaſticarum rerum Theoria pronunciavit: *Cancelli locum Orationis deſignant, quouſque extrinſecus populus accedit, intrinſecus autem ſunt Sancta Sanctorum ſolis Sacerdotibus pervia.* Ambroſius in Tractatu ad virginem lapſam cap. 6. cujus ipſamet verba promam: *Nonne* (ait) *vel illum tabulis ſeparatum, in quo in Eccleſia ſtabas, recordari debuiſti, ad quem religioſæ matronæ & nobiles certatim currebant, tua oſcula petentes, quaſi ſanctioris & dignioris? Nonne, vel illa præcepta, quæ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ingerebat, recordari debuiſti?* Nec obſcure hoc idem deſignat Chryſoſtomus Homilia 74. in Matth. ita ſcribens: *Oportebat quidem interiori pariete a mulieribus diſſeparari viros; verum, quoniam non vultis, neceſſarium eſſe patres noſtri putaverunt, ſaltem*

ſaltem bis ligneis parietibus vos diſſeparare. Audivi autem ego a ſenioribus, non fuiſſe hos parietes ab initio. Habemus etiam hujuſce tabulati teſtes non contemnendos Metaphraſtem & Procopium: atque apud hunc quidem citata Oratione prima de ædificiis Juſtiniani ita legitur: *Sunt autem duæ utrinque porticus, quas faſtigiata teſtudo & aurum venuſtant. Harum una viros orantes, altera mulieres admittit, alias nulla re differentes.* Quis tabulata, in quibus verſantur mulieres, exponet? Ille vero, tabulati mentionem faciens, illud etiam adjungit, fuiſſe eidem obductum eam ob cauſam velum, quod unus aliquando ſacrorum miniſtrorum oculos in deſpectantem feminam conjeciſſet; ſic enim in Chryſoſtomi Vita ſcriptum reliquit: *Cum autem unus ex miniſtris, qui ei* (Chryſoſtomo) *adſiſtebant, in quamdam mulierem ex eis, quæ deſuper ſolebant deſpicere, oculum conjeciſſet, & eam curioſe aſpiceret; miniſtrum quidem ſtatim movit* (Chryſoſtomus) *e ſua ſtatione, deinde futuri quoque curam gerens, juſſit velis ſuperiora muniri tabulata.*

Videntur ipſæ quoque virgines, ut eſſent a ceteris mulieribus ſeparatæ, editiorem quemdam locum in Eccleſia habuiſſe, in quo conſiſterent. Nam & deſpectantis e ſuperiori tabulato feminæ meminit Metaphraſtes ubi ſupra; & ſublime lectum commemorat Gregorius Nazianzenus in Inſomnio de Anaſtaſiæ Eccleſia, ex quo caſtiſ-

ſimas ad audiendos Sermones aures inclinarent ſanctæ virgines.

Laudabilem porro hunc lignei ſepti morem apud Mediolanenſes, ſive neglectum, ſive intermiſſum, ſanctus Carolus Borromæus, ad Eccleſiæ decus, hominumque honeſtatem, in pluribus, iiſque amplioribus præſertim Eccleſiis, dicto & facto revocavit.

Sed hæc nunc quidem hactenus de locorum in audiendis Concionibus ſeparatione. Reliqua perſequamur.

CAPUT XXI.

Starent-ne, an ſederent olim Auditores. In magna hominum multitudine ſtabat olim maxima populi pars. In communibus etiam ac quotidianis Concionibus id ipſum plerumque factitatum, in Africanis præſertim Eccleſiis. Antiquiori tamen ac communiori conſuetudine ſedentes aderant in Concionibus Auditores. Transmarinæ Eccleſiæ, Transmarini Epiſcopi, Transmarinæ Synodi, Transmarina Judicia, &c. hoc eſt, Italiæ urbis præſertim Romæ, Eccleſiæ, Epiſcopi, Synodi, Judicia, &c.

COnſtituto inter Auditores locorum diſcrimine, exiſtit nunc illa quæſtio; Stantesne iidem, an ſedentes in Concionibus olim adeſſent.

Atque in iis hominum effuſionibus, quas in Eccleſiis aliquando ad diſertiſſimum aliquem virum audiendum undique factas legimus, ſtetiſſe olim maximam populi partem, quemadmodum

nunc

nunc paſſim fieri videmus in ampliòribus Italiæ templis, libenter fatebitur quicumque aut Gregorii Nazianzeni ſuggeſtum meminerit a multitudine compreſſum virorum audiendi cupiditate ſeſe protrudentium; aut ſuſam commemorabit circa cancellos apum more plebem, ipſaque adyta ſacra penetrantem ac irrumpentem, ut & Nazianzeno & Nyſſeno Gregoriis dicentibus præſto eſſet; aut demum animum advertet ad frequentes illos populi impellentis ſeſe ac urgentis concurſus, qui audiendi cauſſa, cum dicturus erat vel idem Nyſſenus, vel Chryſoſtomus, ex tota pæne Græcia non raro fiebant: *Valete Sermonum meorum amatores*, (ait Gregorius Nazianzenus in Oratione 32.) *& curſus & concurſiones, atque hujus ſuggeſti cancelli a multitudine compreſſi hominum audiendi ſtudio ſeſe mutuo protrudentium*. In Inſomnio etiam de Anaſtaſiæ Eccleſia: *Plebs autem* (inquit) *partim circum cancellos apum more fuſa erat: certatim enim omnes incumbebant, ut proximum quemque ſuggeſtui noſtro locum obtinerent; partim ad me audiendum confluens veſtibuli anguſtia premebatur*. Gregorii Nyſſeni ſunt hæc ipſa in Oratione de ſancto Baptiſmate: *Ædem quidem* (ſacram) *populus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans & irrumpens; quotquot autem ab iis, qui intus ſunt, non admittuntur, apum in modum locum externum in veſtibulis implent*. In Oratione vero 1. de ſanctis quadraginta Martyribus:

Quas

Quas res existimo plerisque graves ac molestas esse, bis ipse animo lætor: molestum enim nimirum plerisque est, comprimi inter sese & constipari, hoc vero mihi summæ lætitiæ est. Lætatur enim oculus pastoris, cum gregem præ multitudine coarctati, & ovile superfundi videt: quamquam non exiguum stabulum est, sed laxitatem angustam efficit multitudine grex abundans. Et in 2. de iisdem Oratione: *Meministis prorsus, in qua parte Orationis hærebamus, cum optatus ille & jucundus nobis ex multitudine congregatorum tumultus confundebat eorum, quæ dicebantur, auscultationem, cum animatum illud Ecclesiæ mare, multitudine aliorum super alios confluentium & ingruentium inundans, ad impetum & impulsionem eorum, qui semper, ut irrumperent, fluctuaret & æstuaret, sonitu quoque ipso verum imitans mare, veluti rupibus litoralibus auribus nostris undarum strepitum infringens & illidens.* Et Chrysostomus Homil. 2. in cap. 1. Evangelii Joannis: *Hic concursus frequens, & diligens attentio, impulsioque, & præparatio, ut ea vobis loca occupentur, unde clarius exaudiamur, nec non vestra in tanta angustia perseverantia, quousque spirituale hoc dimittatur spectaculum, ad hæc plausus, tumultus, & alia hujusmodi, maximum animi & fervoris vestri sunt argumentum.* De hac hominum effusione ad audiendum Chrysostomum undique facta in Sozomeni Hist. Eccles. lib. 8. cap. 5. sic est: *Tanta vero frequentia eorum erat, qui Concionibus illius*

lius inhiabant ac ſatiari non poterant, ut, quoniam illi ex mutuo impulſu atque obtritu periclitarentur, dum ſinguli prorſus nituntur ſemper, ut propius adſtantes dicentem certius audiant, ipſe medium ſe omnibus exponens e ſuggeſtu Lectorum docuerit. Hæc eadem a Nicephoro excepta ita referuntur in Hiſt. Eccl. lib. 13. cap. 7: *In tantum vero plebs doctrina ejus, qua ſatiari non poterat, inhiabat, ut periculum etiam ſibi homines crearent, dum inter ſe conſerta turba premerentur: cubitis alii alios ſubmoventes atque repellentes, quod pro ſe quiſque ad eum quam proxime accedere conaretur, quo certius clariuſque illum dicentem audire poſſet,* &c. Ex quibus nulli tamdem dubium relinquitur, quin in magnis hominum effuſionibus, audiendi cauſa factis, ſteterit olim maxima populi pars.

Illud perobſcurum adhuc, & plenum quæſtionis eſſe videtur; Quid de communibus ac quotidianis Concionibus, hoc eſt, de iis, quæ haud ita frequenti concurſu haberi ſolebant, ſtatuendum ſit. Ex Optato quidem Milevitano, ſtantes ſemper adfuiſſe Auditores in Concionibus, ſatis aperte intelligimus, cum populum in Eccleſia neget habuiſſe ſedendi poteſtatem: quibus autem ſuam ſententiam oſtendit, ſunt hæc illius verba in lib. 4. adverſus Parmenianum de Schiſmate Donatiſtarum: *Dum peccatorem arguit, & ſedentem increpat Deus, ſpecialiter ad vos* (Sacerdotes) *dictum eſſe conſtat, non ad populum; qui*

ui in Eccleſia non habet ſedendi licentiam. Dicimus hoc idem ex Chryſoſtomo ſic ſcribente: *Quando vero quaſo vos Dilecti melius feciſtis? an præterita ſynaxi, quando poſt menſam ad ſomnum convertebamini? an nunc, cum poſt menſam ad divinas leges audiendas conveniſtis? Quando in foro commorabamini, & confeſſuum nihil boni habentium participes eratis? an nunc quando cum fratribus veſtris ſtetiſtis, & prophetticos audiſtis ſermones?* Id ipſum etiam ſignificat locus Apollinaris Sidonii ex Euchariſtico Carmine ad Fauſtum Reienſem Epiſcopum, in quo ſub finem ita ſcriptum eſt:

Seu te conſpicuis gradibus venerabilis ara
Concionaturum plebs ſedula circumſiſtit.

In Africa certe, Auguſtini maxime temporibus, ex communi more ſtetiſſe auditores omnes in Concionibus, ex eo planum fit, quod in Homilia 26. libri quinquaginta Homiliarum, & ſedendi poteſtatem quibuſdam ex infirmitate defert Auguſtinus, & eorum licentiæ fortiter reſiſtit, qui, nequaquam infirmi, eamdem tamen ſedendi libertatem ſibi interdum, quaſi pro ſuo jure, ſumebant. *Ante aliquot dies* (inquit) *propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate ſollicitus, conſilium dedi, & quodammodo ſupplicavi, ut, quando aut Paſſiones prolixæ, aut certe Lectiones longiores leguntur, qui ſtare non poſſunt, humiliter & cum ſilentio ſedentes attentis auribus audiant, quæ leguntur.* Nunc

vero

vero aliquæ de filiabus noſtris putant, quod hoc, aut omnes, aut certe plures, quæ ſanæ ſunt corpore, frequenter debeant facere: nam ubi Verbum Dei cœperit recitari, quaſi in lectulis ſuis ita jacere volunt, atque utinam vel jacerent tantummodo, & tacentes Verbum Dei ſitienti corde ſuſciperent, non etiam ſe ita otioſis fabulis occuparent; ut, quod prædicatur, nec ipſæ audiant, nec alios audire permittant. Unde ergo vos, venerabiles filiæ, ſollicitudine paterna commoneo, ut, quando aut Lectiones leguntur, aut Verbum Dei prædicatur, nulla ſe in terram projiciat, niſi forte, quam nimium gravis infirmitas cogit; ſic tamen non jaceat, ſed magis ſedeat, & attentis auribus, quæ prædicantur, avido corde ſuſcipiat. Hæc Auguſtinus, cujus verba illud etiam ſubobſcure videntur ſignificare, fuiſſe morem in Africa, ut non modo viri, ſed etiam mulieres, ſtantes adeſſent in Concionibus: ſiquidem iis quoque, dum aut Lectiones recitantur, aut habentur Conciones, ſicuti præcidit licentiam libertatemque ſe proſternendi, ita ſedendi etiam poteſtatem ex infirmitate concedit. Libro autem de Catechizandis Rudibus cap. 13. adfirmans idem Auguſtinus; ſeſſione aliquando occurrendum Auditorum ſatietati & faſtidio, earumque Transmarinarum Eccleſiarum conſuetudinem commendans, in quibus ſedilia audientibus ſubjacebant, ne quiſquam videlicet infirmior ſtando, aut ab attentione averteretur, aut cogeretur abſcedere; plane demonſtrat,

monſtrat, ſtare ſolitos in Africa Auditores, atque eis non niſi ex juſta ac neceſſaria cauſa ſedendi poteſtatem permitti: totus Auguſtini locus in eo, quem dixi, libro ita ſcriptus eſt: *Sæpe etiam fit, ut qui primo libenter audiebat, vel audiendo, vel ſtando fatigatus, non jam laudans, ſed oſcitans labia diducat, & ſe abire velle etiam invitus oſtendat. Quod ubi ſenſerimus, aut renovare oportet ejus animum, dicendo aliquid honeſta hilaritate conditum, & aptum rei, quæ agitur, vel aliquid valde mirandum, ſtupendum, vel etiam dolendum, atque plangendum; & magis de ipſo, ut propria cura punctus evigilet, quod tamen non offendat ejus verecundiam aſperitate aliqua, ſed potius familiaritate conciliet: aut oblata ſeſſione ſubeat ſuccurrere: quamquam ſine dubitatione meius fiat, ubi decenter fieri poteſt, ut a principio ſedens audiat; longeque conſultius in quibuſdam Eccleſiis Transmarinis non ſolum Antiſtites ſedentes loquuntur ad populum, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacent, ne quiſquam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.*

Uſitatam hanc porro Auguſtini ævo Auditorum ſtandi conſuetudinem in Concionibus placet aliis ejuſdem Auguſtini teſtimoniis confirmare: *Noſtis Fratres*, (ait Tractatu 19. in Joannis Evangelium) *quia ad panem ventris cum labore pervenitur, quanto magis ad panem mentis? Cum labore ſtatis & auditis, ſed nos cum majore*

ſtamus

ſtamus & loquimur. Tractatu 112. in eumdem Joannem: *Quomodo autem inter ſe omnes* (Evangeliſtæ) *conveniant, ne veritati, quæ per alium promitur, ab alio repugnetur, quiſquis noſſe deſiderat, non in his Sermonibus, ſed in aliis laboriosi Litteris quærat; nec ſtando, aut audiendo, ſed potius ſedendo & legendo, vel legenti aurem mentemque intentiſſimam præbendo, illa condiſcat*. In Homilia 28. libri 50. Homiliarum: *Audi ergo Pſalmum, te admonuit, te quicumque es, qui forte hic hodie ſtas, & nocte aliquid feciſti, te admonuit, tibi dixit, Hæc feciſti, & tacui*, &c. In Concione 2. ad Pſalmum 32: *Adhuc quidem ſpectatores in amphitheatro forte inſaniunt, & in ſole ſedent, & nos ſi ſtamus, tamen in umbraculo ſumus, & utiliora & pulchriora ſunt, quæ ſpectamus*. In Expoſitione Pſalmi 147: *Fatigatos vos nuſquam video, tamen vereor, novit Deus, ne oneri ſim vobis, aut quibuſdam fratribus; & video ſtudia multorum hunc laborem de me & ſudorem, quem credo in Domino non futurum infructuoſum. Gaudeo tantam eſſe voluntatem & voluptatem in veritate Verbi Dei, ut ſtudium veſtrum bonum in bono & de bono vincat ſtudium inſanorum currentium in amphitheatrum; numquid illi, ſi tamdiu ſtarent; adhuc ſpectarent? Ergo fratres audiamus cætera, quia hoc vultis*. In Sermone 49. de Diverſis: *Ut ergo vos non diu teneam, præſertim quia ego ſedens loquor, vos ſtando laboratis*. Et in Sermone 122. *Quamquam propter commoditatem depro-*

depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur; tamen in ipſo altiore loco vos judicatis, & nos judicamur. Doctores dicimur, ſed in multis Doctorem quærimus, nec volumus non haberi Magiſtros. Periculoſum eſt enim & prohibitum, Domino ipſo dicente, Ne velitis dici Magiſtri, unus eſt Magiſter veſter. *Periculoſum ergo Magiſterium, Diſcipulatus ſecurus eſt, ſecurior eſt enim verbi auditor, quam verbi prolator; ideo ille ſecurus ſtat, & audit eum*, &c. In Sermone 20. de verbis Domini in Evangelium ſecundum Lucam: *In Martha erat imago præſentium, in Maria futurorum; quod agebat Martha, ibi ſumus; quod agebat Maria, hoc ſperamus. Hoc agamus bene, ut illud habeamus plene. Numquid inde habemus? Quamdiu hic ſumus? Quantum eſt, quod inde habemus? Nam & modo inde aliquid agimus remoti a negotiis, ſepoſitis familiaribus curis; conveniſtis, ſtatis, auditis.* In Sermone tamdem 8. de Sanctis, ex iis ſeptemdecim, quos addidere Pariſienſes: *Longam lectionem audivimus*, (paſſionem nimirum ſancti Vincentii) *brevis eſt dies. Longo ſermone etiam nos tenere veſtram patientiam non debemus. Novimus, quia patienter audiſtis, & diu ſtando, & audiendo, tamquam Martyri compaſſi eſtis.*

Atqui, ut Auditorum ſtandi in Concionibus & morem magis ſtabiliam, & cauſas aliquo modo eliciam, ſubjiciam hoc loco præclarum illud & imitatione digniſſimum Magni Conſtantini Imperatoris factum, quod in hanc rem

ab Euſebio in lib. 4. de ejus Vita cap. 33. iis verbis refertur: *Cum ejus ſingulari erga Deum pietate adducti poſtularemus, ut de Salvatoris monumento & ſepultura diſputantes nos audire vellet; libentiſſime ſane aures ſuas Sermonibus noſtris præbuit, & in ipſa baſilica magno Auditorum cœtu circumfuſus, erectuſque ſtans communem cum reliquis audiendi operam exhibuit. Cumque flagitaremus, ut regali in ſolio, quod ibi ſeſſionis cauſa poſitum erat, ſe reclinaret, minime ceſſit noſtris precibus; quin potius contento animo quæ dicebantur ſecum dijudicabat; & Theologiæ decretis veritatis teſtimonium dabat. Sed cum jam multum temporis fluxiſſet, & nos longiores eſſemus, finemque facere ſtatueremus; hic quidem ille reſtitit, &, ut omnem Sermonem abſolveremus, hortatus eſt. Rurſus vero, ut ſederet depoſcentibus nobis, ſubtriſti & auſtero vultu reſpondit, nefas eſſe inſtitutis de Deo diſputationibus negligentes aures præbere; ſibi vero eſſe hoc in primis utile, præſertim cum pium ſit, de divinis rebus differentes, erectos audire.* Ex quibus Euſebii verbis perſpicue liquet, non modo ſtantem inter cæteros Conſtantinum oranti Euſebio aures dediſſe, verum etiam eam potiſſimum ob cauſam ſtetiſſe, quod ſciret, ſtandi actum decere pios ac humiles Auditores ob divini verbi reverentiam, & ipſam quoque attentionem ex eo maxime augeri.

Ceterum ſtandi morem in audiendis Concionibus, Africæ potius peculiarem, quam totius

Eccleſiæ

Eccleſiæ communem fuiſſe: quin etiam communiori & antiquiori conſuetudine ſedentes adfuiſſe in Concionibus Auditores, adſcripta mox Eccleſiaſticorum Scriptorum teſtimonia facillime comprobabunt. Atque ſi res ab ultima antiquitate repetenda eſt, Chriſtus ipſe diſputantes in templo Doctores ſedens audivit, teſte Luca in Evangelii cap. 2. ſic ſcribente: *Et factum eſt, poſt triduo invenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum audientem illos.* Ipſi quoque Eſſæi ſedentes aderant in Concionibus: hæc enim de eis habet Philo in eo libro, quem *de probi libertate* inſcripſit: *Quoties ſacras ædes adeunt, pro ætatis ordine juniores ad ſeniorum pedes conſidunt, & ad audiendum ſe componunt: ibi alius ex libro prælegit, alius quiſpiame peritioribus accedens, quæ obſcura ſunt, explicat.* Et in libro *de Vita Contemplativa*: *Septima* (die) *conveniunt* (Eſſæi) *in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem ſedent, decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dexteram intra pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri; tum progreſſus in medium natu maximus diſſerit, reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annuntantes oculis tantum, vel capite.* Invenitur etiam hic mos expreſſus apud Auctorem Apoſtolicarum Conſtitutionum in libr. 2. cap. 57. ubi ita eſt: *Sit horum* (Diaconorum) *cura, ut laici in altera parte, ordine, & decore, & quiete ſedeant; item ut ſedeant mulieres ſeparatim ac cum ſilentio; in*

medio autem Lector ex edito loco, &c. *Deinde hortentur populum Presbyteri, non omnes simul, sed singulatim, & postremus omnium Episcopus, qui similis est gubernatori navis*, &c. *Si quis autem repertus fuerit, qui sedeat loco non decenti, increpetur a Diacono, tamquam a Proreta, traducaturque in locum, qui eum deceat. Locis vero occupandis praesit Diaconus, ut quisque eorum, qui ingreditur, in locum suum se conferat, & nemo praeter decorem sedeat.* Consentire videtur & Justinus Martyr in Apologia ad Antoninum, dum surgendi verbo utitur, quod praeviam sessionem necessario includit: *Die*, (ait) *qui Solis dicitur, omnes, qui in oppidis vel agris morantur, unum in locum conveniunt, Commentariaque Apostolorum vel Prophetarum Scripta leguntur, quamdiu hora patitur; deinde ubi is, qui legit, desitit, is, qui praest, admonet, & hortatur, ut ea, quae lecta sunt, bona imitemur. Tunc surgimus omnes, & comprecamur.* In quam sententiam Origenes quoque & Athanasius surgendi vocem usurparunt. Ille quidem in Homilia 3. in Isaiam, & 36. in Lucam; alter vero in Homilia de semente: quorum verba quia longum esset persequi, idcirco ea sciens praetermitto. Sed Auditorum sessionem significari a Cyrillo quoque Hierosolymitano arbitror, cum in Catechesi 16. inquit: *Cogita, quot nunc estis, qui hic assidetis, quot nostrum animae adsunt, in unoquoque tamen congrue operatur* (Spiritus Sanctus), *& medius existens*

exiſtens videt cujuſque modum, cernit & cogitationem & conſcientiam, & quid loquamur, & quid mente retineamus. Expreſſit illud idem æque aperte Chryſoſtomus in Sermone contra Judæos, Gentiles, & Hæreticos, iis verbis: *Hirundinum pulli, in nidulis ſedentes, parentum ſuorum, qui ſibi alimenta adferunt, adventum expectant, & cum ipſos venire conſpexerint, levi ala movent aerem, cantillantes, & ad illorum adventum applaudentes; ſimiliter & eorum parentes, cum nidulo appropiant, cantillant, pullis adventum ſuum annunciantes. Similiter autem & vos in nido templi hujus ſedetis, meum adventum expectantes, & quia venientem videtis, levi mentis ala volatis*, &c. Quinimo Auguſtini ævo quemadmodum in Africa, ut vidimus, ſtantes aderant in Concionibus Auditores, ita in Italis Eccleſiis eoſdem communi more ſediſſe, prodidit idem Auguſtinus citato *de Catechizandis Rudibus* lib. cap. 13. in hunc modum: *Longe conſultius in quibuſdam Eccleſiis Transmarinis non ſolum Antiſtites ſedentes loquuntur ad populum, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacent, ne quiſquam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* Per Transmarinas autem Eccleſias, Italas proculdubio, ac Romanam præſertim, intellexiſſe Auguſtinum, fidem faciunt ea, quæ apud Auguſtinum ipſum, Poſſidium, Zonaram, & Balſamonem ita ſcripta leguntur. *Epiſcopum alium* (ait Auguſtinus in Epiſt. 162.)

plebi Carthaginienſi ordinabimus, cum tota Eccleſia iſti fuerint ſeparati: ne forte cum alius modo fuerit ordinatus, non ei communicetur ab Eccleſia Tranſmarina. Romanam utique intelligit hoc loco Auguſtinus, quod ejus nimirum communicationem Catholicæ omnes Eccleſiæ debeant habere. Ibidem paulo poſt, Transmarinos etiam Epiſcopos pro Italis dixit: *An forte non debuit Romanæ Eccleſiæ Melchiades Epiſcopus cum Collegis Tranſmarinis Epiſcopis illud ſibi uſurpare judicium, quod ab Afris lxx, ubi primas Tigiſitanus præſedit, fuerat terminatum?* Poſſidius in Auguſtini Vita: *Conſequenti tempore trans mare in urbe Roma, & apud Mediolanum, ubi tunc temporis Imperatoris Valentiniani Minoris Comitatus fuerat conſtitutus* &c. Sed apertius Zonaras ad Can. 77. Synodi Carthaginenſis: *Tranſmarinam Synodum, eam, quæ in Italia eſt, nominat.* Et ad Can. 140: *Si quis autem ad Tranſmarina judicia, hoc eſt, ad Italiæ Epiſcopos, vel ad Italiæ Synodum, provocare velit, a Communione in Africa Synodo excludatur.* Balſamon etiam ad Can. 31. ejuſdem Synodi: *Tranſmarina* (inquit) *omnino judicia appellabuntur Romana.* Et ad Can. 108: *Eos, qui ab Eccleſiis in Africa clanculum defecerunt, & in Tranſmarinis Eccleſiis ſeu Romæ ſacrificant, deponi jubet Canon.* Et ad Can. 126: *Sin autem eorum quoque, ad quos appellavit, ſententia ei diſpliceat, non debet ad Tranſmarinas Synodos appellare, quæ Romæ ſcilicet fiunt, ſed ad propinquiores,*

quiores, &c. Hac eadem notione, & apud eundem Auguſtinum, & apud alios, Maxime Africanos Scriptores, & Tranſmarinas partes ſeu regiones, & Tranſmarinos Epiſcopus, & Tranſmarinos Judices, & Tranſmarina Concilia, & Tranſmarina Judicia, non ſemel diligens Lector reperiet. Sed hoc eſt longius, quam quo intendimus, progredi: ad inſtitutum igitur.

Auditores olim & ſtantes & ſedentes adfuiſſe in Concionibus, ex his, quæ dicta ſunt, ſatis manifeſtum eſt. Poſſet porro non abs re quæri hoc loco, ſedendum-ne ſit, an ſtandum nunc in audiendo Verbo Dei: qua de re ſi quis me cogeret ſententiam dicere, ita pronunciarem. Et neceſſitati parendum, & ſerviendum attentioni. Qui enim corpore imbecilliores nequeunt ſtandi laborem ſuſtinere, ob eamque defatigationem ab ipſa avertuntur attentione, iis ſedendi poteſtatem omnino concedendam ſtatuo: qui autem firmi ac valentes ſunt, nec ſtando defatigantur, quin ſedentes & cito ſatietate afficiuntur & ſomnum tenere vix poſſunt, hos definio, ob ipſam etiam divini Verbi reverentiam, nonniſi ſtantes debere in Concionibus adeſſe. Ad hanc autem ſententiæ pronunciationem facem prætulere Euſebius Cæſarienſis & beatus Auguſtinus, quorum verba ſuperius producta ad faciendam fidem hic iterum ſubjicere non gravabor: *Ut ſederet* (inquit ille in Con-

ſtantini Vita lib. 4. cap. 33. de eodem agens) *depoſcentibus nobis, ſubtriſti & auſtero vultu reſpondit, nefas eſſe inſtitutis de Deo diſputationibus negligentes aures præbere; ſibi vero hoc* (ſtare nimirum) *etiam in primis utile, præſertim cum pium ſit, de divinis rebus differentes, erectos audire.* Auguſtinus vero in lib. *de Cathechizandis Rudibus*, cap. 13. poſtquam ſtantium Auditorum faſtidio ac ſatietati pronunciavit ſeſſione occurrendum, mox ſubdit: *Quamquam ſine dubitatione melius fiat, ubi decenter fieri poteſt, ut a principio ſedens audiat: longeque conſultius in quibuſdam Eccleſiis Transmarinis non ſolum Antiſtites ſedentes loquuntur ad populum, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacent, ne quiſquam infirmior ſtando laſſatus a ſaluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* Et in Homil. 26. libri 50. Homiliarum: *Propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate ſollicitus conſilium dedi, & quodammodo ſupplicavi, ut, quando aut Paſſiones prolixæ, aut certæ aliquæ Lectiones longiores leguntur, qui ſtare non poſſunt, humiliter & cum ſilentio ſedentes attentis auribus audiant, quæ leguntur.*

CA-

CAPUT XXII.

De Auditorum ſilentio & attentione in ſacris Concionibus. Ethnici etiam Oratores ſilentium ab Auditoribus exigebant. Excluſi ab Eccleſiis pauperes, ne inambulantes ac eleemoſynam petentes moleſti eſſent & Concionatori & Auditoribus.

IN Concionibus porro audiendis, quædam internum Auditoris habitum reſpiciunt, quædam externum. Ad illum pertinet ſitis audiendi & proficiendi deſiderium: ad hunc refero ſilentium, attentionem, clamores, plauſum, & ipſam in audiendo perſeverantiam. Atque externa hæc omnia ab ipſo proficiendi deſiderio, ſitique audiendi proficiſci, beati Chryſoſtomi locus ex Homilia 3. in caput 1. Joannis teſtis eſt certiſſimus, cujus verba, ſicut adhuc feci, ad rei firmitatem ſubjiciam. *Hic enim concurſus, & firma ſtatio, impulſioque mutua, ut interior a vobis locus occupetur, unde clarius exaudiamur; qui licet comprimimini, nolitis recedere, quouſque ſpirituale hoc dimittatur ſpectaculum; ad hæc plauſus, tumultus, & alia hujusmodi, maximum mentis veſtræ fervoris atque amoris audiendi ſunt argumentum.*

mentum. Nos hoc loco de iis dumtaxat agemus, quæ ex ipſo audiendi & proficiendi deſiderio emanare diximus. Primum igitur de ſilentio & attentione, tum de clamoribus, poſt de plauſu, poſtremo de ipſa in audiendo perſeverantia diſſeremus.

Silentium igitur olim imperatum, factamque audientiam, Diaconi voce interdum, interdum manu concionantis, abunde expoſuimus ſuperiori libro; docebimus nunc, magnum ipſoſmet Auditores concionantibus ſilentium & attentionem præbuiſſe.

Ethnicos quidem in dicendo ſilentium ab Auditoribus ſuis & attentionem exegiſſe, ſignificat Poetarum ſapientiſſimus, dum auditores illos (ut eſt apud Agellium in lib. 5. cap. 1.) Ulyſſi labores ſuos illuſtriſſime narranti, ubi loquendi finis factus eſt, non exultare, nec ſtrepere, nec vociferari facit, ſed conſiluiſſe univerſos dicit, quaſi attonitos & obſtupidos. Ob admirationem nimirum; quæ, ut ait Muſonius Philoſophus apud eumdem Agellium eodem loco, cum maxima eſt, non verba parit, ſed ſilentium. Juniorem quoque Plinium, ſive dicentem, ſive recitantem, Auditorum ſilentio non minus, quam fauſtis clamoribus & plauſibus delectatum, diſcimus ex ipſius Epiſt. 10. lib. 2. ad Octavium data, in qua ita eſt: *Imaginor, qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat; quo ego, cum dico vel recito,*

vecito, non minus quam clamore delector. Ut autem oſtendat Plinius, quali Auditorum ſilentio delectari ſoleret, illico ſubjicit: *Sit modo ſilentium acre, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi.* Congruunt autem hæc Plinii cum iis, quæ prodiderat Plutarchus in libro *de Officio Auditoris*, iis verbis: *Neque res exigit, ut acclamatione illam teſteris, dummodo oculis hilaritatem præ te feras, vultum ac frontem explices quadam feſtivitate, affectuſque ſerenos ac benignos in conſpicuum proferas; acie oculorum in dicentem ſemper intenta, ita ut illum minime fallat, quam attento ſis animo: vultus proinde tenor conſtans ſit ac purus, non modo a procacitate & duritie vacans, ſed ab omni alia ſollicitudine atque negotiis.* Quam exteriorem in audiendo hilaritatem beatus quoque Auguſtinus videtur ab Auditoribus ſuis depopoſciſſe atque expetiviſſe; ait ſiquidem in libro *de Catechizandis Rudibus* cap. 10. *Fecit etiam loquenti tædium Auditor immobilis, vel quia non movetur affectu, vel quia nullo motu corporis indicat, ſe intelligere, vel ſibi placere quæ dicuntur; non quia humana laudis nos eſſe avidos decet, ſed quia ea, quæ miniſtramus, Dei ſunt. Et quanto magis diligimus eos, quibus loquimur, tanto magis cupimus eis ut placeant, quæ ad eorum porriguntur ſalutem. Quod ſi non ſuccedit, contriſtamur: & in ipſo curſu debilitamur ac frangimur; quaſi fruſtra operam conteramus.*

Enimvero Eſſenorum ſummum ac perpetuum

in

in Concionibus ſilentium & attentionem, ſed potius exterum omnem in audiendo habitum, veriſſime nobis expreſſit Philo in libro *de Vita Contemplativa*, ſic inquiens: *Septima* (die) *conveniunt in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem ſedent decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dexteram intra pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri; tum progreſſus in medium natu maximus diſſerit, reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium*, &c. Beatus vero Auguſtinus in Sermone 218. *de Tempore* Auditores olim ex Fidelium more ſilentes ac quietos in Concionibus adfuiſſe teſtatur: *Rogo vos, Fratres cariſſimi, ut ſecundum conſuetudinem Fidelium cum ſilentio & quiete ea, quæ vobis prædicantur, accipiatis*. Quinimo ipſa divini Verbi dignitas ac majeſtas ſilentium & attentionem ab Auditoribus omnino requirit. Tradunt Origenes & Auguſtinus, non minorem præſtari debere ab Auditoribus attentionem ac reverentiam divini Verbi prædicationi, quam impendi ſoleat a Fidelibus ipſius auguſtiſſimæ Euchariſtiæ ſumptioni. *Noſtis* (ait Origenes Homilia 13. in Exodum) *qui divinis myſteriis intereſſe conſueſtis, quomodo, cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſervatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos creditis, & recte creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quod ſi circa corpus ejus conſervandum tanta utimini cautela, & merito utimini;*

mini; quomodo putatis, minoris esse piaculi, verbum Dei neglexisse, quam corpus ejus? Augustinus vero, Origenis fortasse vestigiis insistens, in Homilia 26. libri 50. Homiliarum: *Interrogo vos, Fratres* (inquit) *vel Sorores, dicite mihi: Quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi. Et ideo quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat; tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit.* Ex eo quoque apparet, necessarium esse Auditorum silentium in Concionibus, quod insusurrantium ac obloquentium vocibus & ipsi concionantes maximo incommodo afficiantur, & multam trahant molestiam ceteri audientes, ita ut omnis utilitatis fructus facile perdatur. In hosce loquaces ob rei indignitatem acerbe invectus B. Ambrosius in lib. 3. de Virginibus ita pronunciat: *An quidquam est indignius, quam oracula divina circumstrepi: ne audiantur, ne credantur, ne revelentur? circumsonare sacramenta confusis vocibus, cum Gentiles idolis suis reverentiam tacendo deferant?* Cæsarius quoque Arelatensis magnas in

eosdem

eoſdem jactat minas, certumque iis impendere periculum adfirmat; hoc enim pacto ſcribit in Homilia 34: *Qui in Eccleſia ineptis & incongruis fabulis occupatur, quaſi venenum & gladium reliquis hominibus ingerere vel præbere cognoſcitur; dum Verbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit. Qui enim talis eſt, & pro ſua & pro aliorum deſtructione in die judicii redditurus eſt rationem.*

Addo, Pontificem Pium, ejus nominis V, ob id negare, permittendos pauperes inter concionandum per Eccleſias inambulare & petere eleemoſynam, quod hoc modo ſoleant & concionanti & ceteris audientibus moleſti eſſe: *Ne pauperes* (ait in Conſtitutione 5.) *mendicantes, ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore Miſſarum, Prædicationum, aliorumque divinorum Officiorum, ire permittantur, ſed ad valvas Eccleſiarum ſtare jubeantur.* Id quod ſtatutum etiam fuit in I. Concilio Provinciali Mediolanenſi ſub ſancto Carolo Borromæo, cap. de Eccleſiis & earum cultu. Quam ob cauſam olim etiam nonniſi pro foribus Eccleſiarum ſtabant pauperes, ut eſt apud beatum Lucam in Actis cap. 3. de claudo agentem, qui quotidie exponebatur ad Templi portam Speciosam. Quod & ſanctus Chryſoſtomus exprimit in Homilia in epiſt. Pauli ad Theſſalonicenſes & in 11. S. Pauli ad Timotheum: & colligi poteſt ex Gregorii Nazianzeni Oratione 27, quæ eſt, *De pauperum amore.*

CA-

CAPUT XXIII.

Acclamabant interdum Auditores in Concionibus; ut, quæ a Concionatore dicebantur, ſe penitus aſſecutos iis vocibus ſignificarent.

CLamorum, ſeu potius acclamationum in Concionibus factarum, genera duo reperio apud Eccleſiaſticos Scriptores. Unum, quo teſtabantur Auditores, attentione & intelligentia ſe penitus aſſecutos, quæ a Concionatore aut dicebantur, aut dicenda erant; atque ea contentis quibuſdam ac diſtinctis vocibus, intelligentiæ nimirum ac attentionis teſtibus, dicentem ipſum aut comitabantur, aut etiam prævenibant. Alterum genus eſt, cum traductus in admirationem populus ob rem aliquam præclare dictam, fauſtis acclamationibus plauſibuſque compoſitis concionantem proſequebatur. Primum acclamandi morem nunc idoneis firmabo teſtimoniis.

Acclamationum igitur, quibus utebantur Auditores, tamquam attentionis & intelligentiæ teſtibus, illuſtria nobis non uno loco ſuppeditat exempla B. Auguſtinus; veluti Sermone 65. de verbis Domini in Evangelium Joannis, ubi cum de tribus animæ potentiis, Memoria, Intellectu,

&

& Voluntate, altius diſputaſſet, indicar
metuere ſe, ne ob diſputationis ſubtilitate
nus intelligerentur quæ dicebat; audiens
lus, ut illa, licet ſubtilius tractata, aſſecut
nihilominus oſtenderet, (*Memoria*) clamitar
pit. Auguſtini verba, ut ad id, quod invol
eſt tenebris, illuſtre adhibeatur lumen, ſubjic
Hæc ſunt tria (inquit) *quæ me dicturum eſſe*
miſeram auribus & mentibus veſtris. Tria hæ
in te, quæ potes numerare, & non potes ſepa
Hæc ergo tria, Memoriam, Intellectum, Vol
tem, hæc, inquam, tria animadverte, ſepa
pronunciari, inſeparabiliter operari. Aderit I
nus, & video quod adſit: ex intellectu veſtr
telligo eum adeſſe. Ex his enim vocibus ve
quemadmodum intellexeritis, adverto; præſum
adjuturum, ut omnia intelligatis. Tria prom
parabiliter demonſtrari, inſeparabiliter operari
ce neſciebam, quid eſſet in animo tuo, demo
ſti mihi dicendo, Memoria; hoc verbum,
iſte, vox iſta proceſſit ad aures meas ab anim
Hoc enim quod eſt, Memoria, tacite cogit
& non dicebas; erat in te & nondum venera
me. Ut autem, quod erat in te, proferretu
me, dixiſti ipſum nomen, id eſt, Memoria
paulo poſt; *Sed, ut hoc dicares, Memoria*
quatuor iſtas ſyllabas operareris, unde operatu
Hoc nomen, quod pertinet ad ſolam Memori
operata eſt in te Memoria, ut teneres, quod
bas; & Intellectus, ut ſcires, quod tenebas

Volu

Voluntas, ut proferres, quod ſciebas. Gratias Domino Deo noſtro. Adjuvit nos, & in vobis, & in nobis. Vere dico Caritati veſtræ. Hoc diſcutiendum & inſinuandum trepidiſſime aggreſſus eram; metuebam enim, ne forte lætificarem capacium ingenium, & facerem grave tardioribus tædium. Nunc autem video vos, & attentione audiendi, & celeritate intelligendi, non ſolum percepiſſe dictum, ſed prævolaſſe dicturum. Gratias Domino, &c. Et in Sermone 13. de verbis Domini in Evangelium Matthæi cum pronunciare cœpiſſet Auguſtinus illum Pſalmi verſiculum, *Pluviam volontariam ſegregans Deus*, &c. populus verba, quæ proxime poſt proferenda erant, optime tenens, dicentem ipſum in illorum recitatione prævenit; ita enim inibi ſcriptum eſt: *Attendite, audite, intelligite, agite. Neque enim agendum eſt cum firmis alibi, ut ſint infirmi, ſed agendum eſt cum infirmis, ut ſint firmi. Multos autem impedit a firmitate præſumptio firmitatis: nemo enim erit a Deo firmus, niſi qui ſe a ſe-ipſo ſentit infirmum.* Pluviam voluntariam ſegregans Deus hæreditati ſuæ. *Quid præceditis, qui quod dicturus ſum noſtis? Temperetur velocitas, ut ſequatur tarditas. Hoc dixi, & hoc dico, audite, capite, facite. Nemo a Deo fit firmus, niſi qui ſe a ſe-ipſo ſentit infirmum. Pluvium ergo voluntariam, ſicut Pſalmus dicit. Voluntariam, non meritorum noſtrorum, ſed voluntariam. Pluviam ergo voluntariam ſegregans Deus hæreditati ſuæ: etenim infirmata eſt, tu vero*

perfeciſti eam. Id ipſum ab audiente populo lætitiæ tum, dum ſecundum de verbis Apoſtoli Sermonem haberet Auguſtinus, declarant illa ipſius Sermonis verba, quæ ſic habent: *Quid ergo Dominus dicit?* Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. *Sic & Apoſtolus*, cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini; *Deus enim eſt, qui operatur in vobis; ergo exultate cum tremore, ne quando iraſcatur Dominus: Video, quia clamando prævenitis; quid enim dicturus ſum ſcitis, & clamando prævenitis: Et hoc unde habetis, niſi quia docuit, ad quem credendo veniſtis? Hoc ergo dicit, audite quod noſtis, non doceo, ſed commemoro prædicando; immo nec doceo, quia noſtis, nec commemoro, quia meminiſtis: ſed ſimul dicamus, quod vobiſcum tenemus. Hæc Dominus dicit, apprehendite diſciplinam, & exultate*, &c. Nec minus aperte diſcimus hoc idem ex ejuſdem Auguſtini Sermone 42. de Sanctis, in quo ita eſt: *Sed eſt aliud, quod hic magis recogitem non diſſimile intelligere, quod plus pertinet ad me, & ad omnes diſpenſatores, ſed & ad vos auditores. Qui ſalutat, ſalutem dicit. Nam & Antiqui in Epiſtolis ſuis ſic ſcribebant, Ille illi ſalutem: ſalutatio a ſalute nomen accepit. Quid ergo eſt*, Neminem in via ſalutaveritis? *Qui ſalutant in via, per occaſionem ſalutant. Video vos cito intellexiſſe, nec tamen debeo jam finire; non enim omnes cito intellexiſtis. Vidi in voce intelligentes, plures video ſilentio requirentes. Sed quis*

de

de via loquimur, tamquam in via ambulemus. Veloces tardos expectate, & pariter ambulate. In Sermone demum 45. de Diverſis, cum dixiſſet Auguſtinus, duplicia pallia feciſſe Eccleſiam viro ſuo: Auditores intelligentia ſtatim comprehendentes, quæ eſſent illa pallia, acclamaverunt dicenti. Verba id exprimentia ſunt hæc: *Videte ergo, quemadmodum induti eſſe debeatis. Pro veſtibus noſtris etiam opus faciamus; omnes enim apud eam veſtiti ſunt. Quid viro ſuo? Quæ ſervo veſtit, viro ſuo nihil operatur? Duplicia pallia fecit viro ſuo. Jam acclamatis: credo, quod agnoſcitis, quæ ſunt duplicia pallia, quæ facit Eccleſia viro ſuo. Pallia, quæ illi facit, laudes ſunt, laudes fidei, laudes confeſſionis, laudes prædicationis*, &c. Eſt & qui ad hanc rem omnino pertineat locus in Pauli Emeſeni Epiſcopi Homilia de Chriſti Incarnatione coram Cyrillo Alexandrino habita, (reperitur autem hæc inter ejuſdem Cyrilli Homilias numero ſeptima.) Cum enim ea verba in Concione protuliſſet Paulus, *Peperit itaque Deipara Maria Emmanuelem*, ſtatim populus ut ſe & intellexiſſe, & firmiter credere, quæ dicebantur, declararet, dicentis cui ſum, interrumpens acclamavit in hunc modum: *Ecce fides eadem eſt, donum Dei, Cyrille Orthodoxe; hoc audire cupiebamus, qui non ita loquitur, anathema ſit.* Venio ad alterum acclamandi genus, de quo ex inſtituto nunc dicam.

CAPUT XXIV.

Fauſtæ olim concionanti ab audiente populo factæ acclamationes, plauſuſque dati.

QUemadmodum admiratio, cum maxima eſt, ſilentium gignit, (ut ſupra docuimus ex Muſonio Philoſopho apud Agellium libro 1. cap. 1.) ita mediocris verba parere & laudes in audientium ore conſuevit. Propterea Iſidorus Peluſiota in libro 3. epiſtola 343. ob admirationem aliquando ipſum Orationis curſum ab Auditoribus interruptum, laudibus nimirum fauſtiſque vocibus pro dicente miſſis, pronunciavit, ſic inquiens: *Non parvi momenti res eſt acutus & ſagax Auditor, qui non tantum ob admirationem Orationis curſum interrumpit, verum etiam ea, quæ arduæ contemplationis ſunt, excogitat, atque a ſeipſo aliquid erogare poteſt.* Ob rem aliquam igitur præclare dictam traducti olim in admirationem Auditores, dicenti & fauſte acclamabant, & applaudebant compoſite. Quamvis autem a plauſibus hoc revera differant acclamationes, quod plauſus darentur manibus, vocibus fierent acclamationes: (id quod ſedulo exponemus in Commentario de ſacro & prophano acclamandi & plaudendi more) quia tamen junguntur ſæpius

hæc

hæc duo ab Auctoribus, confunduntur etiam ac permiſcentur, eam nimirum ob cauſam, quod raro ad acclamandum ederentur voces, quin manus etiam moverentur ad applaudendum; idcirco ea nos quoque hoc loco jungentes, confuſe ac permiſte veterum Auctorum de plauſibus & acclamationibus teſtimonia producemus. Quorum recenſendorum initium ab eo potiſſimum faciam, qui, licet (ut erat ingenio auſteriore, fortiterque laudis omne ſtudium aſpernabatur, & omnes etiam umbras falſæ gloriæ repudiabat) id unum ageret ac moliretur, ut plauſus & acclamationes de ſacris Concionibus tolleret, iteratis nihilominus acclamationibus plauſibuſque certis ac compoſitis ſæpiſſime inter dicendum ab audiente populo fuit & interruptus & exceptus. Beatum dico Chryſoſtomum, cujus hæc ſunt in Homilia 30. ad Apoſtolorum Acta: *Multa multi faciunt, ut in medio conſtituti longam extendant Orationem: & ſi plauſus quidem a multitudine conſequantur, hoc eis regno ſimile factum eſt: ſi vero cum ſilentio Sermonem finierint, ſilentii triſtitia fit illis gehenna moleſtior. Hoc Eccleſias ſubvertit, quoniam neque vos Sermonem audire quæritis compunctivum, ſed qui delectare ſono valeat & verborum compoſitione, tamquam citharœdos & cithariſtas audientes. Et nos ſegniter & erumnoſe facientes, veſtras ſequimur concupiſcentias, cum ſit opus eas excidere.* Et aliquanto poſt: *Hæc & nos patimur, verborum fucos conquirentes, & compo-*

ſitiones, & elegantem junctúram, ut delectemur, non proſimus: conſideramus quomodo videamur admirabiles, non quomodo mores componamus. Credite mihi, verà dico: dum mihi applauditur dicenti, per ipſum quidem tempus humanum aliquid patior, (cur enim non verum fatear?) & geſtio & exulto. Poſtquam domum ingreſſus plauſores nihil adjutos eſſe cogitavero, & ſi quid profeciſſe debebant, per plauſum & laudes amiſiſſe, doleo, gemo, & lugeo: & tamquam omnia temere dixerim, ſic afficior & mihimet-ipſi dico, quæ mihi ſudorum utilitas, cum Auditores ex Sermonibus noſtris lucrari nihil velint? Et frequenter legem ponere cogitavi, quæ plauſus prohiberet, & cum ſilentio congruaque tranquillitate nos audire perſuaderet. Sed toleratè, quæſo, & obedite mihi: & ſi videtur, hanc ſanciamus legem, jam audientium nemini licere cuiquam inter dicendum applaudere: ſed ſi velit admirari, cum ſilentio miretur, prohibet nemo. Omne verò ſtudium & promptitudo ad dicta præſtetur ſuſcipienda. Quamobrem applauſiſtis? De hoc legem profero. Vos autem nec audire toleratis. Chryſoſt. in Homil. 17. in Matthæum: *Laudaſtis dicta, ſed plauſibus mihi non eſt opus, neque laudantium vocibus & tumultu. Unum dumtaxat volo, ut cum quiete & intelligentia audientes quæ dicuntur faciatis. Hoc mihi pro plauſu, hoc mihi pro laudatione. Si vero dicta quidem commendes, quæ verò laudas non exequaris, major quidem pœna, major autem accuſatio, & nobis dedecus & deriſio. Nec enim*

theatro

theatro paria ſunt præſentia, neque tragœdos ſpectantes nunc ſedetis, ut dumtaxat applaudatis: Hic eſt ſpiritalis ſchola: propterea & quod elaboratur, unum eſt, ut dicta ſervetis & per opera obedientiam exhibeatis. Homilia autem 1. in Geneſim: *Neque enim* (ait idem Chryſoſtomus) *temere & fruſtrà huc convenimus, ut unus quidem loquatur, alius vero quæ dicuntur plauſibus excipiat*, &c. Homilia 4. ejuſdem libri: *Videbam vos omnes avidos doctrinæ ab ore meo pendentes, & omnia facientes, ne quid vos dictorum præteriret: præterea continui plauſus maxime teſtabantur, quod dicta magna voluptate ſuſceperitis.* Et Homil. 54. *Numquid temere & in vanum dicere volumus, ut à vobis laudum fructus recipiamus, & ut plaudentes manibus retedatis? Non hoc ſpectamus, abſit. Sed veſtra utilitas mea maxima laus eſt, & ſummus plauſus, ſi quis a vitiis ad virtutem convertatur; & ſi quis antea deſes noſtra adhortatione ſtudioſus fiat.* In Concione 2. de Lazaro: *Tacete qui hæc auditis, multo majorem vobis habeo gratiam pro ſilentio, quam pro plauſibus; propterea quod plauſus quidem ac laudes me faciunt glorioſiorem, ſilentium vero hoc vos reddit compoſitiores.* In Homilia 2. ad cap. 1. Joannis: *Hic concurſus frequens ac diligens attentio, impulſioque & præparatio, ut ea vobis loca occupentur, unde clarius exaudiamus; nec non veſtra in tanta anguſtia perſeverantia, quouſque ſpirituale hoc dimittatur ſpectaculum: ad hæc plauſus, tumultus, & alia hujuſmodi, maximum animi &*

fervoris veſtri ſunt argumentum. In Homilia 2. ad Populum Antiochenum: *Non eſt theatrum Eccleſia, ut ad delectationem audiamus: adjutos hinc recedere oportet, lucratos quidquam amplius, & magnum ſic recedere expedit; quoniam temere & fruſtra proficiſcimur, ſi ad tempus refrigerati ſic receſſerimus vacui, & dictorum utilitate inanes facti. Quæ mihi horum plauſuum utilitas? quæ laudum & tumultuum? Laus mea eſt, per opera vos omnia, quæ dicuntur, exhibere: tunc ego felix habendus & beatus, non quando ſuſcipiatis, ſed quando omni cum alacritate faciatis quæcumque audiveritis.* In Homilia 5. ad eumdem Populum Antiochenum: *Laudaſtis dicta, verum & factis laudem demonſtrate: quod enim alioqui hujus Concionis emolumentum?* E paulo poſt: *Etenim nunc quidem brevi temporis momento laudatis prædicata; ſi vero res impleatis, per omnem diem & per omne tempus & nos & vos ipſos laudabitis.* In Homilia VII: *Dicta nunc laudatis, ſed cum correcti fueritis, magis laudabitis, non tantum nos, ſed & vos ipſos, & cum majori voluptate audietis, quæ dicentur.* In Homilia 11. in Epiſt. ad Titum: *Dixiſti recte, plauſuſque conſecutus es? Et quid emolumenti? Si enim adjuti quidem ſunt plaudentes, & mutati, & meliores effecti, prioribus abſtinuere malis, vere gaudendum eſt, non jam collatis laudibus, ſed bona mirabilique mutatione: ſi vero laudantes quidem, & tumultuantes perſeverant, & plaudentes, nullum autem ex plauſibus fructum reportant, dolendum*

magis

magis eſt; quoniam hæc eis in judicium cedunt & damnationem. In Homilia de recipiendo Severiano: *Habeo gratiam, quod Sermonem meum laudibus proſecuti eſtis.* In Homilia 3. de incomprehenſibili Dei natura: *Probaſtis quæ dixi, magno cum tumultu & plauſu admonitionem recepiſtis; ſed velim curam quoque adhibeatis, ut facto veſtra approbatio oſtendatur. Jam non longum poſt tempus periculum faciam obtemperandi. Oratio excipere ſolet admonitionem. Equidem genus id probandi & commendandi cupio atque poſtulo; plauſum illum deſidero, quem non dicta, ſed facta conficiunt.* Et in 5. demum Homilia: *Hæc ita doceo, non ut verbis probetis tantum & laudetis, verum etiam ut factis palam animum veſtrum recepiſſe quæ laudat, faciatis.* Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus plane apparet, quanto ſit Conciones ad pompam & oſtentationem factas odio proſequutus: & quam ſevere fauſtas illas acclamationes ac plauſus, inter concionandum ab Auditoribus ſolitos excitari, ſemper contempſerit: haud immerito ſubverti ab iis Eccleſias adfirmans. Una & illud elucet, quas laudes Chryſoſtomus, quas acclamationes & plauſus a ſuis depoſceret Auditoribus. Deinceps locos proferam ex beato itidem Auguſtino; qui, licet admirandæ vir ſanctitatis eſſet, videtur tamen fauſtas Auditorum acclamationes & plauſus tuliſſe non invitus. *Audiſtis*, (ait in Sermone 5. de verbis Domini in Evangelium Matthæi) *laudaſtis, Deo gratias Semen*

acce-

accepiſtis, verba reddidiſtis. Laudes iſtæ veſtræ gravant nos potius & in periculum mittunt; toleramus illas, & tremimus inter illas; tamen, Fratres mei, iſtæ laudes veſtræ folia ſunt arborum, fructus quæritur. In Sermone 19. de verbis Apoſtoli: *Ecce Chriſtianus es, Eccleſiam frequentas, verbum Dei audis, de lectione verbi Dei lætiſſime commoveris. Tu laudas tractantem, ego quæro facientem.* In Sermone 28. ejuſdem libri: *Quaſi vero parvus ſit fructus ſudoris hujus mei, ſi omnes, qui mihi acclamaverunt, clament & contra te, ne falſum juret adverſum te.* In Homilia 25. libri quinquaginta Homiliarum: *Quid ergo mihi hodie maxime faciendum, niſi ut commendem vobis periculum meum, & ſitis gaudium meum? Periculum autem meum eſt, ſi attendam quomodo laudatis, & diſſimulem quomodo vivatis. Ille enim novit, ſub cujus oculis loquor, immo ſub cujus oculis cogito, non me tantum delectari laudibus popularibus, quam ſtimulari & angi, quomodo vivant qui me laudant. Laudari autem a male viventibus nolo, abhorreo, deteſtor, dolori mihi eſt, non volu ptati. Laudari autem a bene viventibus ſi dicam nolo, mentiar; ſi dicam volo, timeo ne ſim inanitatis appetentior, quam ſoliditatis. Ergo quid dicam? nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana pericliter; non plene nolo, ne ingrati ſint, quibus prædico.* In Sermone 45. de Tempore: *Aliquando iſta concupiſcentia ſic inſidiatur Sanctis, ut faciat dormientibus, quod non poteſt vigilantibus. Unde*

omnes

omnes acclamaſtis, niſi quia omnes agnoviſtis? Tractatu 57. in Joannis Evangelium: *Hæc vobis hodie ſatis ſint, Dilectiſſimi, ſi quid ſecus, quam oportet, dicentes fortaſſis offendimus, vel laudibus veſtris immoderatius, quam oportuit, elevati ſumus, impetrate mundationem pedibus noſtris.* In lib. 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 26: *Quando nonnulla non jactatiuncula, ſed quaſi neceſſaria, atque, ut ita dicam, rebus ipſis extorta numeroſitas clauſularum, tantas acclamationes excitat, ut vix intelligatur eſſe ſubmiſſa.* Loquitur autem Auguſtinus de ſubmiſſo & humili dicendi genere, ex ſe ad excitandas acclamationem minime apto: ſubdit vero paulo poſt: *Unde autem crebro & multum acclamatur ita dicentibus*, (ſubmiſſe ac humiliter) *niſi quia veritas ſic demonſtrata, ſic defenſa, ſic invicta delectat?* In Expoſitione Pſalmi 147: *Quid de vobis clamavit? Dilectio pacis. Quid oſtendit oculis veſtris? Unde clamatis, ſi non amatis? Unde amatis, ſi non videtis? Inviſibilis eſt pax. Quis eſt oculus, quo viſa eſt, ut amaretur? neque enim acclamaretur, niſi amaretur.* In libro de Catechizandis Rudibus cap. 13: *Sæpe etiam fit, ut qui primo libenter audiebat, vel audiendo, vel ſtando fatigatus, non jam laudans, ſed oſcitans labia diducat, & ſe abire velle etiam invitus oſtendat. Quod ubi ſenſerimus*, &c. Et in Sermone 27. de Diverſis: *Quid eſt enim modo, quod omnes attenditis, omnes auditis, omnes excitamini, & quando verum aliquid dicitur, delectamini? Quid*

vidiſ-

vidiſtis? quid tenuiſtis? quis color apparuit oculis veſtris? quæ fama, quæ figura, quæ ſtatura, quæ lineamenta membrorum, quæ corporis pulcritudo? Nihil horum, & tamen amatis: quando enim ſic laudaveritis, ſi non amaretis? quando amaretis, ſi nihil videritis? Me itaque non oſtendente formam corporis, lineamenta, colorem, pulcros motus, me non oſtendente, vos tamen videtis, amatis, laudatis, &c.

Solitos olim Auditores concionanti fauſte acclamare & plaudere, ex Chryſoſtomo & Auguſtino vere concluſum videtur; ſed quominus planum idem faciam ex aliis quoque Patribus, nihil nunc quidem vetat. Magno igitur Conſtantino (frequens hic etiam habuit ad populum Conciones) fauſtis vocibus acclamatum non ſemel ab Auditoribus, prodidit Euſebius in ejus Vita lib. 4. cap 29. iis verbis: *Quod ſi forte inter dicendum aliqua occaſio incidiſſet de Theologia loquendi, erecto corpore conſiſtens, contracto vultu, & demiſſa voce, cum ſingulari religione ac modeſtia, præſentium animos cæleſti diſciplina initiare videbatur. Cumque univerſi fauſtis vocibus ei applauderent, ſolebant nutu ſignificare, ut cœlum ſuſpicerent, & venerandis laudibus omnium regem Deum admirarentur & colerent.* De Gregorio Nazianzeno hæc narrat Hieronymus in Epiſtola 2. ad Nepotianum: *Præceptor quondam meus, Gregorius Nazianzenus, rogatus a me, ut exponeret, quid ſibi vellet in Luca* (*capite* VI.) Sabbatum δευτεροπρωτον, elegan-

ganter luſit. Docebo te, inquiens, ſuper hac re Eccleſia; in qua, mihi omni populo acclamante, eris invitus ſcire, quod neſcis; aut certe ſi ſolus ueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis. ſe-ipſo autem ita ſcribit idem Nazianzenus Inſomnio de Anaſtaſiæ Templo: *Atque alii idem Sermonem noſtrum miris laudibus efferebant, i ſilentio atque admiratione defixi tenebantur, alii rtim verbis, partim animo ſolo ſtridebant, alii iique velut fluctus quidam vento excitati pugna-nt.* Hieronymus quoque fauſtas ſibi concionti factas a Vigilantio acclamationes, plauque datos, ſcribens adverſus eundem Vigiitium in Epiſtola 75. memorat, cum dicit: *cordare quæſo illius diei,* (ipſum affatur Vigiitium Hieronymus) *quando, me de reſurrectio- & veritate corporis prædicante, ex latere ſubſulias, & plaudebas manu, & applodebas pede, & hodoxum conclamabas.* Apollinaris vero Sidous in Epiſt. 3. lib. 9. fatetur, Fauſti ſe Reien-

Epiſcopi Prædicationes ad vocis uſque defeum clamore & plauſu fuiſſe proſecutum: *Licet ædicationes tuas, nunc repentinas, nunc, cum tio poposciſſet, elucubratas, raucus ploſor audiem; tunc præcipue, cum in Lugdunenſis Eccleſiæ dicatæ feſtis hebdomadalibus Collegarum ſacroſanrum rogatu exorareris, ut perorares.* Expreſſere mdem hunc plaudendi & acclamandi morem Iſidorus Peluſiota & Heſychius Hieroſolyitanus: illius verba ſunt in libro 3. epiſt. 382.

ad Dorotheum clariſſimum, qui ipſius I
Orationem recitans, plauſibus & acclama
bus fuerat exceptus ab audiente populo :
ut abs te ſcriptum eſt, Oratio plauſum pepe
etiam Orationi plauſus robur comparavit, q
qui parenti adminiculi loco fuerit. At quonia
penumero uſuvenit, ut plauſus O tioni quide
bur comparet ; verum Oratoris mores inſici
labefactet, ad ſupinitatem eum & ſocordiam,
quam porrecta manu, ducens, prudentiam
moneo, maxime quidem ut Deo, qui huj
gratiam largitus eſt, gratiam habeas : quod ſi
laudare vis, (negas enim fieri poſſe, ut O
plauſus tamdem non rependatur) Orationem q
arbitratu tuo laudans, ne nimias adverſu
laudes contexas, ut ne me ſupinum atque ign
reddas. Heſychius vero in Sermone 1. de
bus Virginis Mariæ : *Ego*, (ait) *Cariſſimi,*
advertens veſtram animi promptitudinem ad a
da eloquia divina, & intimum amorem erg
rum interpretes, veſtro audiendi ſtudio vic
citor ad docendi deſiderium, congratulatione
tatis veſtræ delectatus. Vos enim continente
plauſu excipitis eos, qui Sermonem habent,
de ac diſcipuli multarum rerum enarratore
velut vectores gubernatores ipſi componitis ; v
bernacula lingua precibus continetis, &c.

C

CAPUT XXV.

Ad ea quoque acclamabat interdum, ac plauſus dabat audiens populus, quæ intelligentia nequaquam capiebat.

SEmel porro invecta in Eccleſiam acclamandi & plaudendi conſuetudo, ita nonnumquam invaluit in ſacris Chriſtianorum auditoriis, ut ad ea etiam acclamaret ac plauderet audiens populus, quæ minime intelligeret. Beatum Chryſoſtomum in Homilia xxx. in Acta Apoſt. hujus moris teſtem invenimus: *Quomodo namque* (ait) *non deridendus auditor, & aſſentator maris & ſimulator putabitur? quod bene quidem dixit Doctor pronuncians; quid vero dixerit, demonſtrare non ſum idoneus: hoc aſſentationis eſt. Nam Citharœdos quidem audiens & Tragœdos hoc jure vituperetur, utpote qui dictionem ſimiliter proferre neſciant: ubi vero non cantus eſt oſtentatio, neque vocis, ſed ſententiarum & philoſophiæ facultas, cuique dicere & enunciare facillimum eſt. Quomodo non igitur accuſatione dignum eſt, ſi quis laudans cauſam nequeat dicere, quia dicentem laudavit?* Dicente quoque Auguſtino, nonnumquam acclamaſſe populum ad ea, quæ intelligentia minus aſſequebatur, diſcimus ex ejus Expoſitione ad Pſalmum 147. in qua ita eſt: *Quomodo exulta-*

tis

tis omnes? Nihil dixeram, nihil expoſueram, verſum pronunciavi, & exclamaſtis? In Sermone autem 47. de Diverſis, eidem quæſtionem tantum proponenti, nec dum ſolventi, populus tamen acclamavit: *Malus eſt mundus*, (ſic inibi ſcriptum eſt) *ſed bonus, a quo factus eſt mundus. Quomodo potero abſolvere & explicare quod dixi? Deus. Quid enim dixi? Quid laudaſtis? Ecce Quæſtio eſt, & tamen jam laudaſtis.*

CAPUT XXVI.

Quæ eſſet olim acclamationum formula in Concionibus, & qui plauſuum modi. Orthodoxus appellatus quandoque Concionator ab acclamante populo, aliquando tertius decimus Apoſtolus; aliis quoque laudibus cumulatus. Manibus ac pedibus dati plauſus. Jactata etiam oraria, ſeu amicula, ac faſciolæ a plaudentibus Auditoribus. Pauli Samoſateni ſuperbia ac animi elatio in captandis ac redimendis plauſibus & acclamationibus.

NOn dubium eſt igitur, quin concionanti fuerint ab Auditoribus & plauſus dati, & factæ

factæ acclamationes. Illud adhuc incertum, quæ eſſet harum acclamationum formula, & qui plauſuum modi. Eſt hæc autem res involuta tenebris, nec, qui eam illuminarit ad hanc diem, audivi quemquam, aut legi: quam ob cauſam agendum nobis eſt diligentius, ut abditam illam, ſicunde poſſumus, eruamus. Orthodoxum quidem appellatum nonnumquam ab audiente populo Concionatorem, teſtis eſt certiſſimus beatus Hieronymus in epiſtola 75. in qua Vigilantium alloquens hæc inter cetera ait: *Recordare, quæſo illius diei, quando, me de reſurrectione & veritate corporis prædicante, ex latere ſubſultabas*, &c. *& Orthodoxum conclamabas*. Cyrillus etiam Alexandrinus cum ſemel præſens adeſſet in Pauli Emeſeni Concione: atque idem omnino tunc de genitrice Dei Maria pronunciaret Paulus, quod antea concionans Cyrillus protulerat, populus fauſtis clamoribus dicentem Paulum interrumpens, haſce laudes in Cyrillum congeſſit, Orthodoxum itidem eum appellans: *Ecce fides eadem eſt, donum Dei, Cyrille Orthodoxe; hoc audire cupiebamus, qui non ita loquitur, Anathema ſit*. Extat hæc Pauli Homilia inter Cyrilli Homilias numero ſeptima. Præclara eſt autem omnino ac juſta laudatio, quam Conſtantinopolitanum populum concionanti Chryſoſtomo tribuere ſolitum memoriæ tradidit Georgius Patriarcha Alexandrinus in ejus Vita, cap. XLII. ejus verba ſunt: *Omnes mirabantur eum*

ob ſapientiam ipſi a Deo datam, & quomo
diſſolvebat, quæ in divinis Scripturis inter
atque intellectu difficilia ſunt, necnon ipſi
debant clamantes, Revera dignus es hoc S.
tio, o Apoſtolorum tertie decime; Chriſtu
nos miſit, ut ſalvas faceres animas noſtr
potares de fontibus Salutaris quod ipſe tibi
&c.

Plauſuum porro modos iidem illi, qu
do ſupra nominavi, Hieronymus & Ge
Alexandrinus, paucis quidem, ſed aperte
nobis ita expreſſere. *Recordare* (inquit
Epiſt. 75.) *illius diei, quo, me de reſurrect*
veritate corporis prædicante; ex latere ſubſul
& plaudebas manu, & applodebas pede, &
ter vero in Chryſoſtomi Vita: *Mirabantur*
eum ob ſapientiam ipſi a Deo datam, &c.
ipſi plaudebant: alii quidem rurſum chlamid
attollentes: alii fimbrias cutzulon, alii ve
nualia, alii denique faſciolas ſeu oraria
Iſta quidem ſunt Hieronymi & Georgii
ex quibus manifeſte tamquam oculis cern
fuiſſe olim in plaudendo & manus mot
agitatos pedes, & jactatas faſciolas ſeu o
Sed & multo ante Hieronymum & Chry
mum e theatris jam traductos in Eccleſias
plauſuum modos, fidem faciunt, quæ de
Samoſateno, acclamationes & plauſus ab
toribus captante ac redimente, prodidit
bius Cæſarienſis. Paulus enim, qua erat

i, animique elatione, injuriam ſibi fieri puta-
t, niſi fauſtis inter dicendum acclamationibus
iſſet ab Auditoribus interruptus, plauſibuſque
ceptus: tenuium præſertim faſciarum & ora-
orum jactatione ac concuſſione. Euſebii verba
Rufini interpretatione in Hiſtoria Eccleſia-
ca lib. 7. cap. 26. ſunt hujuſmodi: *Verbum*
ciens ad plebem (Paulus) *jactare ſupra modum*
xteram, ac palmam femori illidere; pede quo-
e ſubſaltare, ac ſcabellum ferire cum ſonitu. Ab
uditoribus vero non favorem, neque plauſum ſpe-
re ſolum, ſed theatrali more oraria moveri ſibi
pectabat, & vocem tamquam de caveis dari. Hæc
n ſolum a viris, ſed etiam a mulieribus indecen-
r expectabantur. Si quis vero Auditorum honeſtius
verecundius agens a clamore nimio temperaſſet,
lut injuriam faciens patiebatur injuriam. Hæc
dem ab Euſebio accepta narrat Nicephorus lib.
cap. 30. Ac mirum, niſi ad hunc eumdem
ulum pertineant, quæ in Homilia xxx. in
ta Apoſt. ſic ſcripta reliquit Chryſoſtomus:
ulti multa faciunt, ut in medio conſtituti longam
tendant Orationem, & ſi plauſus quidem a mul-
itudine conſequantur, hoc eis regno ſimile factum
; ſi vero cum ſilentio Sermonem finierint, ſilen-
triſtitia ſit illis gehenna moleſtior. Hactenus
ryſoſtomus, qui, ſi de Paulo Samoſateno
quaquam locutus eſt, indicavit ſaltem, fuiſſe
quos, ſuis etiam temporibus, Pauli æmulos
fectatores, qui hoſce plauſuum modos & ac-

tionum formulas ab Auditoribus inter dicen
expeterent ſibi, atque ſuo quodam jure depo
rent. Adducta autem Euſebii verba illud e
non obſcure ſignificant, virorum fuiſſe propri
non item feminarum, clamores & plauſus
cionanti dare: ſiquidem vitio vertitur Paul
moſateno, quod ab ipſis etiam mulieribus a
mationes & plauſus expectaret. Verum
tempore de plauſibus & acclamationibus ſa
in Libris enim de ſacro & profano acclam
& plaudendi more, ſi quod ſpero, erit otii
eadem fuſius ac enucleatius tractabuntur.

CAPUT XXVII.

*Nulli Auditorum recedere licebat de Eccle
Concionatore verba faciente. Præclar
Arelatenſis Cæſarii factum, quo receden
Auditores ad Conciones revocaret.*

ILlud etiam ad extremum Auditoris habi
vere pertinet, ſi conſtans in audiendo per
neat, nec ante recedat ab Eccleſia, quam
rituale Concionis ſpectaculum dimittatur. Ap
Senecam quidem in Suaſoria ſeptima vitio dat
legimus Polliſoni Aſinio, quod, Sextilio p
ma recitante, ante recitationis finem de Au
torio receſſerit. Priſci quoque Fideles id ſe
ob

obſervarunt, ut nonniſi terminata Concione de Auditorum conſeſſu diſcederent. In Concilio Carthaginenſi IV. Canone 24. in hanc rem ita ſtatutum fuit: *Sacerdote verbum faciente in Eccleſia, qui egreſſus de Auditorio fuerit, excommunicetur.* Quæ Canonis verba referuntur a Burchardo Decret. libro 2. cap. 66. ab Ivone ſexta Parte Decreti cap. 162. & in Capitularibus Additione 4. cap. 42. Quamvis autem Canon hic, ut eſt recte a viris doctis adnotatum, nequaquam ſit intelligendus de majori Excommunicatione, ſed vel de minori, vel etiam fortaſſe de ſola alicujus communionis privatione, (quod pœnæ genus multis ſcimus irrogatum in Apoſtolorum Canonibus) maxima tamen videtur, meo iudicio, obſervatione dignus.

Atque hoc loco quidem non mihi queo temperare, quin præclarum illud Arelatenſis Cæſarii factum commemorem, quo recedentem de Eccleſia populum ad Concionem revocavit. Cum enim ſemel animadvertiſſet Cæſarius, ſtans ad altare, multos ab Eccleſia diſcedere, ne mox inchoandæ Concioni intereſſent, ſubito convoans recedentibus ſe immiſcet, eoſque accommodatis & gravibus verbis inſectatus vehementius, retinet tamdem, repetit, revocat: ac, ne poſſent amplius, ſi vellent, recedere, ipſas Eccleſiæ fores claudi jubet. Rem ita geſtam narrat nobis Cyprianus Diaconus ipſius Cæſarii diſcipulus in ejus Vita cap. 12. ſic ſcribens: *Cum*

die quadam eſſet ad altare Cæſarius, anima
tit, quoſdam lecto Evangelio ex Eccleſia eg
quod ſancti viri Conciones auſcultare initio
ctarent: (ſolebant enim olim ut plurimum
ri Conciones inter Miſſarum ſolemnia, prc
poſt Evangelii recitationem, quemadmodu
co docebimus) *Mox igitur advolat; appell*
vocibus populum, Quid facitis filii? Quid ita
abſceditis mala perſuaſione ſubverſi? State pr
mabus veſtris ad accipienda verba adhortation
træ, eaque auſcultate ſolliciti: non licebit ia
in illo tremendo judicii die: moneo, clamo
teſtor. Ne ſitis, obſecro, vel ſurdi, vel pr
auditis oris mei buccinam, perinde ac ſi a
veſtras ſuo mucrone Satan jugularit. Non e
citurnitatis arguar. Hac de cauſa ſæpiſſime
lectis Evangeliis, occludi juſſit; donec propit
ipſi gratularentur, ea coercitione ſe profeciſ
ſolebant eſſe fugitivi. Hæc Cyprianus.
ipſius Cæſarii Homilia, in qua populum
menter hortatur, & obſecrat amantiſſim
ab Eccleſia non ante diſcedat, quam &
cioni, & divinis Myſteriis fuerit finis i
tus. *Rogo vos*, (inquit in Homilia 12.)
tres cariſſimi, & paterna pietate commone
quoties aut in die Dominico, aut aliis maj
feſtivitatibus, Miſſæ fiunt, nullus de Eccle
ſcedat, donec divina Myſteria compleantur
quamvis multi ſint, de quorum fide & dev
gaudeamus, ſunt tamen plures minus de

ſuæ animæ cogitantes, qui, lectis divinis Lectionibus, (cum eſſet ipſa nimirum Concio habenda) ſtatim de Eccleſia foras exeunt. Unde rogo vos, Fratres, ut humilitatis noſtræ ſuggeſtionem, non ſolum patienter, ſed etiam libenter accipiatis.

CAPUT XXVIII.

Scripto exceptæ ab Auditoribus ſacræ olim Conciones. Et clam, & palam adfuerunt in Eccleſia hujuſmodi Exceptores.

INter Auditores fuiſſe aliquando Exceptores, hoc eſt, qui in ſcribendo notis ſeu verborum compendiis ad celeritatem utentes, ſacras, dum viva voce haberentur, Conciones exciperent, jam demonſtremus. Origenis certe Concionibus, quas ſexagenarius habuit, interfuiſſe nonnullos, qui, notas edocti, quæcumque dixiſſet, celerrime exciperent, teſtatur Euſebius in lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 36: *Origenes ſexageſimum ætatis annum prætergreſſus, cum jam ex diuturna exercitatione maximum dicendi uſum ſibi comparaſſet, Conciones, quas habebat ad populum, a Notariis excipi permiſit, cum id antea fieri numquam conceſſiſſet.* Ab Euſebio eadem Niceph. lib. 5. c. 19. Catecheticas etiam Cyrilli Hieroſolymitani Conciones, dum publice pronunciaren-

tur ſcripto ab auditoribus exceptas, aperte declarat antiquiſſima adnotatio ad Catecheſes ipſas Græce affixa, quam nos ita Latine convertimus: *Plures quidem habitæ ſunt a Cyrillo Catecheſes, ſingulis annis; & ante baptiſmum, & poſt baptiſmum recens illuminatis: has autem, cum dicerentur, trecenteſimo trigeſimo ſecundo anno adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſtudioſi quidam excipientes perſcripſerunt*, &c. Quem morem brevi verborum ambitu Gregorius quoque Nazianzenus in Oratione 32. expreſſit in hunc modum: *Valete Sermonum meum amatores: & curſus & concurſiones; & calami tam perſpicui, quam occulti; atque hujus ſuggeſti cancelli a multitudine compreſſi hominum audiendi ſtudio ſe ſe mutuo protrudentium*. Quid enim aliud declarant perſpicui & occulti calami, quam Notarios; qui ſive clam, ſive palam poſiti, quæ diceret Nazianzenus, ſcripto velociter exciperent? nos quidem ita de loci hujus ſententia opinamur. In Chryſoſtomi itidem Concionibus, audienti turbæ immiſtos quidem, ſed apte tamen collocatos, adfuiſſe celeres ac exercitatos hujuſmodi Exceptores, litteris mandarunt ejus Vitæ ſcriptores, Socrates, Nicephorus, Georgius Patriarcha Alexandrinus, Symeo Metaphraſtes; quorum omnium verba ad rei confirmationem ſubjiciam. Socrates refert in Hiſtoria lib. 6. cap. 4: *Conciones vero, cum ab eo ipſo in lucem editæ, tum a Scribis celeri & exercitata manu, illo eas e ſuggeſtu recitante*,

tante, exceptæ, qualesnam fuerint, quam illuſtres, quamque ad perſuadendum accomodatæ, non eſt neceſſe in præſentia differere, præſertim cum omnibus copia ſit eas pro arbitratu evolvendi, &c. Nicephorus lib. 13. cap. 3: *Quid rurſum hic dicere attinet, quales ejus fuerint Orationes, quales vel ipſe ſcriptas edidit, vel eo dicente Notarii celeres plurimas excepere? Quam ſplendidæ namque ſint, atque ad perſuadendum ſimul & demulcendum compoſitæ, experiri ei licet, qui verſare eas & legere, utilitatemque earum percipere, & voluptatem divinam haurire ex eis velit*, &c. Metaphraſtis vero ea ſunt verba in Chryſoſtomi Vita: *Studio erat omnibus, ne abeſſet quiſquam ab auſcultatione* (Concionum Chryſoſtomi), *quin etiam, ne ipſa quoque verba ſemel audita negligerentur, omni ſtudio ea veloces Scriptores excipiebant, & tamquam theſaurum reponebant*. Georgius tamdem Patriarcha Alexandrinus in ejuſdem Chryſoſtomi Vita: *Cujuſmodi autem* (inquit) *fuerint ab ipſo editi Sermones, quam multi a velocibus Scribis excepti, quamque elegantes & ad perſuadendum appoſiti, quid nunc attinet dicere?* Et cap. 42: *Inter ejus Auditores aderat multitudo diſertorum & Notariorum atque ſtudioſorum qui exciperent dicta ejus: & ſtupebant quomodo nulla barbarie Orationem inficeret, aut eadem iteraret, ſed ut omnia compoſite loquebatur*. De Attico, Epiſcopo Conſtantinopolitano, prodidit Socrates, & ex eo Caſſiodorus ac Calliſtus Nicephorus, ta-

les

les nequaquam fuiſſe illius Conciones, ut eas Auditores vel mandarent memoriæ, vel ſcripto exciperent; atque ita aliud pæne agentes Scriptores iſti morem noſtrum præclare expreſſerunt. Socratis locus extat in ſeptimo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libro cap. 2. in quo eſt: *Primum cum Presbyterii gradum obtinuiſſet* (Atticus), *Conciones, quas ſummo ſtudio confecerat, ad verbum ediſcens, in Eccleſia recitavit. Poſtea crebro uſu & diligentia majorem audaciam adeptus, ex tempore concionari cœpit, rationemque docendi magis popularem ſecutus eſt. Verum ejus Conciones non ejus generis fuere, ut merito vel ab Auditoribus ſtudioſe perdiſcerentur, vel monumentis mandarentur litterarum ad poſteritatem*, Planius Caſſidorus in Tripartita libro 11. cap. 2: *Primo quidem* (ait) *cum Presbyter eſſet, libros faciebat*, (λόγους, id eſt, *ſermones*, quamquam liber & de oratione dicitur, *& meditatos coram Eccleſia recitabat; poſtea vero etiam fiduciam cum labore ſortitus, ſub oculos doctrinam laudabilem proferebat, non tamen tales erant ejus Sermones, ut etiam ab Auditoribus ſcripturæ traderentur*. Nicephorus vero in hoc quoque, ut ſæpe alias, Socratem imitatus: *In Orationibus Eccleſiaſticis* (inquit lib. 13. cap. 29.) *ſimplex fuit* (Atticus), *eaſque tales edidit, ut neque ab Auditoribus tranſcriberentur, neque omnino doctrina liberaliore & elegantia carerent.*

Latinorum item Patrum teſtimonio, quæ dixi de more excipiendarum ab Auditoribus Concionum,

num, placet confirmare. Omnium autem primum produco Gaudentium Brixienſem, apud quem in Tractatuum ſuorum Præfatione ad Benevolum non obſcure ita ſcriptum legitur: *De illis vero Tractatibus, quos, Notariis, ut comperi, latenter adpoſitis, proculdubio interruptos & ſemiplenos otioſa quorumdam ſtudia colligere præſumpſerunt, nihil ad me attinet. Mea jam non ſunt, quæ conſtat præcipiti excipientium feſtinatione eſſe conſcripta.* Titulus etiam ſexti decimi & decimi ſeptimi ejuſdem Gaudentii Tractatus hoc idem oſtendit; eſt enim in eis ſic: in 16. quidem: *Ejuſdem Tractatus, quem prima die Ordinationis ipſius quorumdam civium Notarii exceperunt.* In altero vero: *Tractatus ejuſdem exceptus die Dedicationis baſilicæ ſanctorum quadragintaMartyrum.* De Auguſtini Concionibus ab Auditoribus ſcripto exceptis, apud Poſſidium in ejus Vita hæc ſunt: *Libros vero ejuſdem, ſive Tractatus, mirabili Dei gratia procedentes ac profluentes, inſtructos omni rationis copia atque auctoritate Sanctarum Scripturarum, ipſi quoque Hæretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant: & quiſquis, ut voluit, & potuit, Notarios adhibens, etiam ea, quæ dicebantur, excepta deſcripſit.* Et aliquando poſt in eodem Opere: *Epiſcopatu ſuſcepto, multo inſtantius ac ferventius majore auctoritate, non adhuc in una tantum regione, ſed ubicumque rogatus veniſſet, verbum ſalutis æternæ, alacriter ac ſuaviter pullulante atque creſcente Domini Eccleſia, prædicabat,*

cabat, paratus ſemper poſcentibus reddere rationem de fide & ſpe, quæ cum Deo eſt; & ejus dicta, atque excepta maxime Donatiſtæ in eadem Hipponenſi, vel vicina manentes civitate ad ſuos Epiſcopos deferebant. Fit a Magno denique Gregorio iſtius moris non obſcura mentio: ad Maximum enim Epiſcopum ſcribens, dum ſuas illi in Ezechielem Homilias dicat, ait in hunc modum: *Homilias, quæ in beatum Ezechielem Prophetam, ut coram populo loquebar, exceptæ ſunt, multis curis irruentibus in abolitione reliqueram. Sed poſt annos octo, petentibus fratribus, Notariorum ſchedulas requirere ſtudui, eaſque favente Domino tranſcurrens, in quantum ab anguſtiis tribulationum licuit, emendavi*, &c. In Prologo item ad librum quadraginta Homiliarum in Evangelia hæc habentur: *Inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ex his; quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent, ſancti Evangelii quadraginta lectiones expoſui. Et quarumdam quidem dictata expoſitio aſſiſtenti plebi eſt per Notarium recitata; quarumdam vero explanationem coram populo ipſe locutus ſum; atque ita ut loquebar, ita excepta eſt.* Et infra non longo ſane intervallo: *Quod vero quædam antepoſita ſunt, quæ in Evangelio poſt leguntur; quædam vero poſtpoſitæ, quæ ante per Evangeliſtam ſcriptæ ſunt, inveniuntur; nequaquam movere tuam Fraternitatem debet, quia, ſicut a me diverſis temporibus dictæ ſunt, ita quoque ſunt ab Exceptoribus in Codicibus affixæ*, &c. In Epiſtola tamdem ad Leonardum

hardum Epiſcopum, quam ſuæ in Job Expoſitioni præmittit, ſcribit hoc pacto: *Quamvis eorum, quibus exponere compellebar, longe me vita tranſcenderet, injurioſum tamen eſſe non credidi, ſi fluenta uſibus hominum plumbi fiſtula miniſtraret. Unde mox eiſdem coram poſitis Fratribus priora libri ſub oculis dixi; & quia tempus paulo vacantius reperi, poſteriora tractando dictavi. Cumque mihi ſpatia largiora ſuppeterent, multa augens, pauca ſubtrahens, atque ita ut inventa ſunt nonnulla derelinquens, ea, quæ me loquente excepta ſub oculis fuerant, per libros emendando compoſui, quia & cum poſtremo dictarem, quo ſtylo prima dixeram, ſollicite attendi.*

Iſta quidem ſunt tam Græcorum, quam Latinorum Patrum teſtimonia, ex quibus, ſcripto exceptas ab Auditoribus ſacras olim Conciones, manifeſte tamquam oculis cernimus. Tum illud etiam perſpici licet, non olim modo, verum etiam palam, adfuiſſe in Concionibus hujuſmodi Notarios ſive Exceptores: nam & occultos ac perſpicuos calamos dixit Gregorius Nazianzenus in Oratione 32. & Notarios latenter adpoſitos memorat Gaudentius Brixienſis in Præfatione ad Benevolum. Euſebius item ac Nicephorus, cum narrent, ante ſexageſimum annum ſemper vetuiſſe Origenem, ſuas a Notariis ſcripto excipi Conciones, indicant etiam, palam ante oculos omnium poſitos fuiſſe in Eccleſia hoſce Origenis Exceptores: qui enim

potuiſſet

potuiſſet iis, ne exciperent, interdicere Origenes, niſi iidem fuiſſent & ſibi aliis noti atque manifeſti.

CAPUT XXIX. & ULTIMUM.

Quibus potiſſimum nominibus ſolerent olim Auditores a Concionatore appellari. Fratres *ſeſe ac* Sanctos *invicem vocaviſſe priſci Fideles Cœtus etiam Chriſtianorum* Fraternitas *dicta. Horum nominum cauſſa indicata. Manavit ex biſce fontibus, ut Auditores inter concionandum &* Sanctitas veſtra, *&*, Charitas veſtra *&* ſancta Fraternitas, *&* Fratres cariſſimi, *&* Dilectio veſtra, *&* Dilectiſſimi *dicerentur.*

HOc manifeſtius, meo quidem animo, intelligetur, ſi cognitum erit prius, omnes olim Fideles & *Fratrum* & *Sanctorum* nomine fuiſſe appellatos.

Fratrum igitur appellatione Chriſtus ipſe, de Fidelibus loquens, uſus eſt & Matthæi cap. XXIII. & Lucæ XXII. & Joannis XX. Uſi ſunt & Apoſtoli, & antiquiores Patres; Paulus in Epiſtolis paſſim, Lucas in Actibus non ſemel, Juſtinus Martyr in Apo-

Apologia 2. & in Dialogo cum Tryphone Judæo, Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis, Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 2. & 5, Tertullianus in Apologetico cap. 39. lib. ad Martyr. cap. 2. & de Virginibus velandis cap. 13, Minutius Felix in Octavio, Eccleſia Viennenſis ac Lugdunenſis apud Euſebium in lib. 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 18. & 19. & in lib. 6. cap. 3, Optatus Milevitanus, Auguſtinus, Lactantius, & alii non uno in loco. Sed & ipſa Eccleſia ac Chriſtianorum cœtus olim dicebatur *Fraternitas*, ut ex eodem Tertulliano, & ex Cypriano, Ambroſio, ac Hieronymo didicimus. Quid autem cauſæ ſit, quamobrem ſeſe Fratres invicem appellarent Chriſtiani, Tertullianus in Apologetici cap. 39. oſtendit his verbis: *Sed & quod Fratres nos vocamus, non alias, opinor, infamant, quam quod apud ipſos omne ſanguis nomen de affectatione ſimulatum eſt. Fratres autem etiam veſtri ſumus, jure naturæ matris unius, etſi vos parum homines, quia mali Fratres. At quanto dignius Fratres & dicuntur & habentur, qui unum Patrem Deum agnoverunt, qui unum Spiritum hiberunt ſanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejuſdem ad unam lucem expaverint veritatis. Sed eo fortaſſe minus legitimi exiſtimamur, quia nulla de noſtra Fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos fere dirimit Fraternitatem.* Minutius vero Felix hoc pacto:

Sic

Sic mutuo, quod doletis, amore diligimus; niam odiſſe non novimus: ſic nos, quod invi Fratres vocamus, ut unius Dei parentis o ut conſortes fidei, ut ſpei cohæredes. Quam dem ſpem ac æternitatis cognitionem A goras quoque citata pro Chriſtianis Leg videtur agnoviſſe, ſic ſcribens: *Quamobr tiam pro ætatis diſcrimine, alios pro filiis & bus, alios pro fratribus & ſororibus habemus vectiores ætate patrum & matrum loco h mus. Illorum igitur, quos tamquam fratr ſorores, aut alio cognationis nomine conjunct bis ducimus, inviolata & integra manere ra, maximi apud nos ſit.* Et ſtatim: *Erg vitæ æternæ freti præſentem hanc, ejuſque cias, & ſenſuum etiam, animæque non pur luptates contemnimus.*

Quod ad *Sancti* nomen attinet; fuit hæc que communis olim Fidelium omnium ap tio: quam uſurparunt Petrus in Epiſtola 1. lus ad Romanos ſcribens cap. 1. & 15. in ſtola 2. ad Corinthios c. 13. & ad Philipp c. 4. Lucas Actorum c. 9. & 26. Ignat Polycarpus in Epiſtolis, Tertullianus in l ad Uxorem c. 6. & in lib. 2. cap. 1. 2. 3. alii paſſim. Atque eam quidem ob c reor *Sanctos* dici conſueviſſe priſcos Fid quod per Baptiſmum primo, dein per P tentiam ſanctificarentur, & ad vitam m que ſanctos a Deo vocarentur. Unde *Sa*

ſi

i dicti ſunt olim Epiſcopi: quem deinde ti-
um ex antiquitate ſolus retinuit Pontifex
manus. Nunc vero etiam qui morum ſan-
tate in Eccleſia fulgent, eos *Sanctos* appella-
is.

His de communi ac uſitata *Fratrum* ac *San-
rum* in veteri Eccleſia appellatione iſto modo
ıſtitutis, in eo, de quo quæritur, ecquid
veri, non difficile eſt videre. Nam certe
his iiſdem fontibus manarunt ea nomina,
ibus inter concionandum ſolitos olim Audi-
es a Concionatoribus appellari legimus; hoc
, *Sanctitas veſtra*, *Caritas veſtra*, *Sancta Fra-
nitas*, *Fratres cariſſimi*, *Dilectio veſtra*, *Dile-
ſimi*, & his ſimilia, quibus frequentes utun-
priſci Patres in ſuis Concionibus, Orige-
, Zeno Veronenſis, Athanaſius, Hilarius,
rillus Hieroſolymitanus, Baſilius, Gregorius
ızianzenus, Ambroſius, Gaudentius Brixien-
, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Chryſologus,
o, Gregorius Magnus, & alii: quorum qui-
m teſtimoniorum recitatione idcirco ſuperſe-
ndum puto, quod res agatur pæne ex toto
anifeſta. Hactenus igitur de Concionante &
ıditoribus. De Concionum autem Loco ac
:mpore proxime videamus.

FRANCISCI BERNARI
FERRARII
MEDIOLANENSIS THEOLO

DE RIT

Sacrarum Eccleſiæ Veteris
Concionum:

LIBER TERTIUS

CAPUT I.

Habitæ olim ubique, in publicis etiam atque agris, Conciones. Hebræorum ſti Domini, Chriſtique Fidelium re conſuetudo.

His ita patefactis, nunc ad. ic dior, de tribus antea p quod mihi reſtat tertium : ro erat, ut in ſuſcepti hu neris parte ultima de Concionum Loco ;

re ageremus? Quæ ſane res & utilitatem ha-
t & delectationem. Ac de Loco quidem illud
imo ſtatuendum videtur; habitas olim, quem-
modum nunc interdum fieri videmus, ubi-
e, in publicis etiam plateis ac campis, Con-
nes.

Hebræorum utique, ut hinc ordiar, fuiſſe hanc
nſuetudinem, Eſdra teſte dicimus; apud quem
libro 2. cap. 8. ſcriptum legitur: *In ea, quæ
ut ante portam aquarum, platea Legem populo
plicaſſe*. Hieremias quoque, ut eſt cap. 17.
ætur Verbum Domini in cunctis Hieruſa-
n portis prædicare: atque non de templi dum-
xat, verum de urbis etiam portis intelligendum
eremiam, adnotat beatus Hieronymus. In
nos præterea cap. 5. ea verba habentur: *Odio
buerunt corripientem in porta*. Quem locum ex-
cans beatus Gregorius Moralium lib. 21. cap.
: *Mos* (ait) *apud Veteres fuit, ut ad portam
iores ſederent, qui certantium jurgia judiciaria
aminatione diſcernerent, quatenus urbem, in qua
:corditer oporteret vivere, diſcordes minime intra-
:t*. Quod & beatus Hieronymus ante Grego-
m prodiderat, inquiens: *Se non ſemel dixiſſe,
i judicia conſueviſſe ad portas, ut peregrini mi-
r defatigarentur, cum pro juſtitia obtinenda Hie-
ælem venirent*. Atque ex hoc Judicum uſu ex-
:endorum in frequentioribus urbis portis judi-
rum colligunt viri docti laudabilem Prophe-
um conſuetudinem concionandi in portis ci-

vitatis, vel certe in ea, quæ cuique portæ adhærebat, platea, & in quam frequentior ad judicia solitus erat populus convenire. Et hoc est, quod Salomon in Proverbiis cap. 1. inducit *Sapientiam foris prædicare, in plateis dare vocem suam, in capite turbarum clamitare, in foribus portarum urbis proferre verba sua*. Et cap. 8: *Numquid* (ait idem Salomon) *non Sapientia clamitat, & Prudentia dat vocem suam? in summis excelsisque verticibus, in mediis semitis stans, juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur*.

Existimarim autem, id ipsum a Christo Domino, vetere Prophetarum exemplo, factitatum: siquidem & in deserto, & in litore, & in plateis, & in domibus privatis legitur Christum multitudinem ad eum confluentem docuisse. Quæ etiam magna id cura factum, atque ipsosmet conquisitos Auditores, colligo haud obscure ex Matthæi cap. 22. & Lucæ cap. 14. quibus locis dicit *nuptiarum Dominus misisse servos suos ad exitus viarum, in plateas & vicos civitatis, in vias & sepes vocatum ad cœnam quoscumque; atque adeo jussos ut intrare compellerentur*. Addo, Christum ipsum hanc in publicis plateis prædicationem præcepisse, cum Matthæi cap. 10. ea verba pronunciavit: *Et quod in aure auditis, prædicate super tecta*. Publice nimirum, juxta Lirani & aliorum interpositionem, quolibet in loco, ubi convenirent homines.

Eamdem sedulitatem secuti sunt Apostoli, pro-

proinde ubicumque ſe ferebat occaſio, divina ſpargebant ſemina. Atque hanc imitati conſuetudinem Apoſtolici viri lætos non ſemel atque uberes ex otioſa plebecula fructus tulere; quemadmodum de ſanctiſſimis viris, Vincentio Ferrerio, Petro Martyre, Antonio Patavino, & Bernardino Senenſi, memoriæ tradiderunt eorum Vitæ Scriptores. De Equitio Abbate ita ſcriptum reliquit beatus Gregorius Dialogorum libro 4. cap. 4: *Tantus illum fervor ad colligendas Deo animas accenderat, ut ſic Monaſteriis præeſſet, quatenus per Eccleſias, per caſtra, per vicos, per ſingulorum quoque fidelium domos circumquaque diſcurreret, & corda audientium ad amorem patriæ cœleſtis excitaret.* Beatum Nicolaum Tolentinatem ex una in publico foro habita Concione ita commotum teſtatur ejus Vitæ Auctor, ut ex accepto ibi ſemine tantos deinde fructus ſanctitatis mundo præbuerit. Extat adhuc in Patavino agro vetuſtiſſima nucis arbor, e qua ſanctum Antonium ſæpius fuiſſe concionatum conſtanter affirmant ejus loci habitatores. Nec reticenda ſunt hoc loco privilegia multis Religioſorum Ordinibus proprio Decreto a ſummis Pontificibus conceſſa, quibus hanc in plateis & compitis concionandi conſuetudinem comprobarunt. Prædicatorum ac Minorum Ordinibus Clemens V, ut habetur Clementina Dudum de ſepulturis, § Nos autem, & Extravag. Inter cunctas de privilegiis §. Ideoque conceſſit: *Ut etiam in plateis*

teis communibus libere valeant clero & populo prædicare: habita tamen quorumdam temporum ratione. Benedictus quoque II. statuit: *Ut etiam in plateis communibus ac publicis libere valeant clero & populo prædicare, eique proponere Verbum Dei.* Concessionem porro supra dictis duobus Ordinibus factam, ad Eremitas quoque S. Augustini a Clemente, & ad Carmelitas a Joanne XXII. prorogatam, tradunt Jo. Andreæ c. constit. de reg. lib. 6. & Cardin. Clementina Dudum de sepulturis §. ab olim num. 2: *Paulus deinde III. proprio Decreto Societati Jesu speciatim concessit facultatem, etiam in plateis communibus, seu publicis, & alias ubicumque locorum, prædicandi clero & populo Verbum Dei, ac proponendi, & interpretandi*, &c. Et sane, ut hoc caput concludam, egregium est opus, hominibus in foro otiose degentibus, nec Ecclesiam alioqui adituris, divina annunciare monita, moresque dicendo formare ac corrigere.

CAPUT II.

Ecclesia semper apud Christianos fuit proprium Concionum locus, quemadmodum apud Hebræos Templum & Synagoga.

ATque hæc quidem vere existimamus. Verumtamen proprius Concionum locus fuit semper

ſemper Eccleſia apud Chriſtianos, quemadmodum apud Hebræos Templum ac Synagoga. Ac de Hebræis quidem ex Joannis cap. 18. perſpicue liquet, quo loci, *Ego ſemper* (ait Dominus) *docui in Synagoga & in Templo, quò omnes Judæi conveniunt*. Et de Paulo ac Barnaba loquens Lucas Actorum cap. 13: *Prædicabant* (inquit) *Verbum Dei in Synagogis Judæorum*. De Chriſtianis vero, licet res admodum dubia non ſit, tamen non erit alienum eam aliquo modo confirmare. A beato Martyre Juſtino hanc puto firmari veritatem, cum in 2. pro Chriſtianis Apologia adfirmat, eumdem omnino fuiſſe Fidelibus locum, in quo & adminiſtraretur Euchariſtia, & Verbum Dei prædicaretur: ignorat autem nemo, in Eccleſiis dumtaxat ſolitam adminiſtrari Euchariſtiam. Cognoſcitur etiam hoc idem ex ipſa voce (Eccleſia;) quamvis enim ea vox ex prima ſua inſtitutione concionem hominum, ſeu cœtum, conventum, ac congregationem ſignificet, frequentius tamen accipitur pro loco ipſo, in quem a Fidelibus publice convenitur: quod ſit nimirum locus in hunc finem inſtitutus, ut in illum populus conveniat ad divinum cultum, & Dei verbum audiendum. Quamquam non ibo inficias aliquas Conciones habitas fuiſſe in baptiſteriis, exedris, ut mox videbimus, & cœmeteriis.

CAPUT III.

Ex edito ſemper ac præcelſo loco habitæ omnes, tam prophanæ, quam ſacræ Concionet.

JAm poſito proprium fuiſſe Concionum locum Eccleſiam, quæret aliquis in quanam ejus parte ſolerent haberi: qua de re dicere aggrediar, ſi illud ante definiero, ex edito ſemper eas ac præcelſo habitas loco.

Atque ut a prophanis initium ducam; conſueverunt Imperatores, Reges, Duces, ac Principes omnes, non niſi ex editiori ac celſiori loco publice verba facere, id quod facillime perſpexerit quicumque oculos ad veteres, Hiſtoriarum præſertim, Scriptores adjecerit. De Pompeio adfirmat hoc Plutarchus in ejus Vita; de Cæſare Lucanus in lib. 5; de Percennio Tacitus in 1. Annalium libro; de Trajano Plinius in Panegyrico; de Probo Vopiſcus; de Juliano Ammianus Marcellinus in libro 23; de Bunduica Britannica muliere Xiphilinus in lib. 62. de Criſpini parente Statius in Silvis lib. 5; ac de Honorio tamdem Claudianus in libro de Bello Gildonico. Ex quibus Auctorum locis illud præterea elucet. Si nequaquam adeſſet erectum in eam rem tribunal ſive ſuggeſtum, ſolitum id ſubito

ac

ac tumultuario opere excitari, ex palliis interdum, interdum ex ceſpitibus, nonnumquam ex terræ glebis, aliquando etiam ex terra paluſtri.

Sed dimiſſis prophanis ad ſacras redeo Conciones. Atque has etiam ex edito ſemper ac præcelſo habitas loco, firmiſſimis & graviſſimis veterum Patrum teſtimoniis comprobabo. Gregorius Nazianzenus in Inſomnio de Anaſtaſiæ Eccleſia (in quo quidem tametſi per Inſomnium dicat omnia, nihil dicere tamen eum, quod non revera cum noſtris ritibus ſacris apte conſentiat, jam ſupra monuimus) hæc de editiori ad concionandum loco non obſcure habet: *Sublimi quidem throno inſidere mihi videbar; utrinque porro, inferioribus tamen ſubſelliis, Presbyteri, hoc eſt, gregis Chriſtiani duces, conſidebant. At vero Diaconi candidis veſtibus ornati ſtabant, Angelici ſplendoris ſpeciem præ ſe ferentes; Plebs autem partim circum cancellos apum more fuſa erat; certatim enim omnes incumbebant, ut proximum quemque ſuggeſto noſtro locum obtinerent*, &c. Et in Carmine de Vita ſua ita canit:

Nos ille torrens, ille torrens nos ſumus,
Ordoque noſter diſſolutus, flens loquor:
Qui conſidemus haud bene altis in thronis
Boni Magiſtri, plebis atque Antiſtites,
Animos alentes pabulo ſacro, &c.

Etiam

Etiam Nazianzenis æqualis Gregorius Nyſſenus in eorum numerum, qui celſioris ad concionandum loci meminerint, vere adſcribendus eſt: ſiquidem in Oratione de Sancto Baptiſmate hæc prodit inter cetera: *Nunc agnoſco gregem meum, hodie video formam Eccleſiæ conſuetam, quando & carnalium curarum poſthabito negotio juſta plenitudine ad cultum fidei concurriſtis. Atque eadem quidem populus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans ac irrumpens: quotquot autem ab iis, qui intus ſunt, non admittuntur, apum in modum locum externum in veſtibulo implent. Nam apum aliæ quidem intus in opere occupatæ ſunt, aliæ vero foris alveare circumſtrepunt. Sic igitur facite, o filii, & numquam hoc ſtudium deſeratis: affectu enim me paſtorali affici video, ac volo in hac ſublimi ſpecula ſedens circa ſubjectos vertici colles undique congregatum gregem contueri*, &c. Ambroſium quoque ac Chryſoſtomum recte poſſumus in hanc rem teſtes citare; is enim in Epiſtola 13. referens ad Marcellinam ſororem habitum a ſe publice de Job lectione Sermonem: *Unum* (inquit) *Job miraturus aſcenderam, ſed omnes Job, quos mirarer, inveni*. Alter vero in Homilia 19. ad Populum Antiochenum: *Horum quemque* (ait) *cerneres, nunc quidem boves jugantem aratorios, & aratrum trahentem, & profundum ſcindentem ſulcum; nunc autem ſacrum aſcendentem ſuggeſtum, & ſubditorum animas arantem; nunc quidem agri ſpinas excidentem falce; nunc*

vero

vero Sermone ex animis peccata extergentem. Etenim aſcendendi vocabulo utentes Ambroſius & Chryſoſtomus, editiorem proculdubio locum deſignant. Eodemque ſpectant hæc Paulini Epiſcopi Nolani verba, quæ in ejuſdem Ambroſii Vita ita leguntur: *Sanctus vero Ambroſius, cum ignoraſſet quod factum eſſet, ne diutius poſſet plebem tenere, aſcendens pro tribunali, de eadem quæſtione, quæ fuerat propoſita, Sermonem adorſus eſt, dicens: Debitum, Fratres, curo ſolvendum, ſed heſternos meos non invenio creditores*, &c. Plane Aurelius Prudentius ad finem Carminis de ſancto Hippolyto, præcelſum atque editum fuiſſe locum, ex quo Epiſcopi Sermones haberent, commemorat, eleganter in hunc modum canens:

Fronte ſub adverſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat unde Deum.

Sed omnium planiſſime Auguſtinus pluribus in locis: in libro 2. de Civitate Dei cap. 28: *Populi* (inquit) *confluunt ad Eccleſias caſta celebritate, honeſta utriuſque ſexus diſcretione; ubi audiant, quam bene hic ad tempus vivere debeant, ut poſt hanc vitam beate ſemperque vivere mereantur, ubi ſancta Scriptura, juſtitiaque doctrina de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonante, & qui faciunt audiant ad præmium, & qui non faciunt audiant ad judicium.* Et in lib. 22. cap. 8. *Ubi autem ventum eſt ad mei Sermonis locum, dixi pauca*

pauca pro tempore, & pro illius jucunditate lætitiæ. Sequenti die poſt Sermonem redditum, narrationis ejus libellum in craſtinum populo recitandum promiſi: quod cum ex Dominico Paſchæ die tertio faceret, in gradibus exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres. Et in Sermone 122. de Diverſis: *Quamvis propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur, tamen in ipſo altiore loco vos judicatis & nos judicamur: Doctores dicimur, ſed in multis Doctorem quærimus.* In Serm. 48. de verbis Domini in Evang. Joannis: *Novit Caritas veſtra, omnes nos unum Magiſtrum habere, & ſub illo Condiſcipulos eſſe; nec ideo Magiſtri ſumus, quia de loco ſuperiori loquimur vobis, ſed Magiſter eſt omnium, qui habitat in omnibus nobis.* In Sermone 49. *Fratres mei, numquid non aſcendit aliquando aut Presbyter, aut Epiſcopus? & non dicit aliud de ſuperiore loco, niſi ne rapiantur res alienæ, ne fraudes fiant,* &c. Et aliquanto poſt: *Hoc autem cæperam dicere, quia de loco ſuperiore non poſſunt dicere iſti, niſi benefacite, nolite perjurare,* &c. Et in Sermone 62: *Pertineat ad nos cura, ad vos obedientia; ad nos vigilantia paſtoralis, ad vos humilitas gregis; quamquam & nos, qui vobis videmur loqui ſuperiore loco, cum timore ſub pedibus veſtris ſumus; quoniam novimus, quam periculoſa ratio de iſta quaſi ſublimi ſede reddatur.* In Sermone 42. de Sanctis: *Debetis ergo audire, quid pertineat ad diſpenſatorem, ſive ut in vobis ipſis,*

ſis, ſi tales inveneritis, congratulemini, ſive etiam hoc ipſo inſtruamini. Quam multi enim in hoc pulo futuri ſunt diſpenſatores? Et nos ibi fuimus, i eſtis: & nos, qui videmur modo de ſuperiori co conſervis metiri cibaria, ante paucos annos in- riori loco cum conſervis accipiebamus cibaria. In rmone 51: *Si ſic damnatur, qui non erogave- t, quid debent expectare qui perdunt? Nos ergo ſpenſatores ſumus; nos erogamus, vos accipitis: cra quærimus, bene vivite; lucra enim erogatio- s iſta ſunt, ſed etiam nolite exiſtimare, ad vos n pertinere erogationem: non poteſtis erogare de lo loco ſuperiore, ſed poteſtis ubicumque eſtis.* Ex- oſitione demum in Pſalmum 126: *Ideo* (inquit) *altior locus poſitus eſt Epiſcopis, ut ipſi ſu- rintendant, & tamquam cuſtodiant populum. Nam Græce quod dicitur Epiſcopus, hoc Latine Su- rintentor interpretatur, quia ſuperintendit, quia ſuper videt. Quomodo enim vinitori altior ſit lo- us ad cuſtodiendam vineam, ſic & Epiſcopis altior cus factus eſt: & de iſto alto loco periculoſa red- tur ratio, niſi eo corde ſtemus hic, ut humiliter ſub pedibus veſtris ſimus, & pro vobis oremus, t qui novit mentes veſtras, ipſe cuſtodiat, qua os intrantes vos & exeuntes poſſumus videre. Tam- uam vobis ex hoc loco Doctores ſumus, ſed ſub illo no Magiſtro in hac ſchola vobiſcum Condiſcipuli mus.* Etymon ipſum eorum nominum, quibus Concionum locus ab Eccleſiaſticis Scriptoribus ppellari conſuevit, hanc eamdem firmat veri-

tatem.

rus ita perſtringit Hiſtor. Eccleſ. lib. 13. cap. 4: *Tum Joannes abſurdum Eutropii conatum arguens, luculentam habuit Orationem in ambone ſeu ſuggeſtu, qui mos ejus erat cum populum doceret, ut omnes vocem ejus exciperent, ſedens.* Metaphraſtes etiam de eodem agens Chryſoſtomo: *Conſcendens* (inquit in ejus Vita) *ſuggeſtum, ut eſſet omnibus manifeſtus.* Atque hanc unam ob cauſam factum eſt, ut idem Chryſoſtomus e Lectorum ſuggeſtu in medio Eccleſiæ ſuas frequenter haberet Conciones, quemadmodum ex Sozomeno diſcimus in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 8. cap. 5. ſic ſcribente: *Tanta vero frequentia eorum erat, qui Concionibus illius inhiabant, ac ſatiari non poterant, ut, quoniam illi ex mutuo compulſu atque obtritu periclitarentur, dum ſinguli prorſum nituntur ſemper, ut propius adſtantes dicentem certius audiant, ipſe medium ſe omnibus exponens e ſuggeſtu Lectorum docuerit.* Eamdem expreſſit rationem beatus quoque Auguſtinus, cum in Sermone 122. de Diverſis ita ſcriptum reliquit: *Quamvis propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur, tamen in ipſo altiore loco vos judicatis & nos judicamur*, &c. Innocentius Pontifex Romanus, ejus nominis tertius, illas hujus rei indicat rationes: prima eſt, ut ſignificaretur, debere Legem Evangelicam palam ante oculos omnium enunciari, non autem in latibulis occultorum locorum, ut faciunt Hæretici: altera, ad commemorationem aſcenſus Domini

ini ad montem, ut turbas doceret. Innocentii erba quæ nos hæc docent, ea ſunt in libro terio de Myſteriis Miſſæ capite 43: *Diaconus in mbonem aſcendit, ut annunciet Evangelium ſecunum illud propheticam,* (Iſaiæ 40.) *ſupra montem xcelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion, exalta i fortitudine vocem tuam.* Et Dominus inquit in vangelio (Matthæi 10.) *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, quod in aure auditis, rædicate ſuper tecta: nam & ipſe Dominus aſcenit in montem, ut Evangelium prædicaret,* (Matthæi 5.) *& aperiens os ſuum docebat diſcipulos, dicens,* &c. Hæc Innocentius. Amalarius vero ortunatus ob id potiſſimum ex edito loco ermones haberi commemorat, ut Evangelicæ rædicationis excellentia & auctoritas deſignaretur: inquit enim in libro 3. de Eccleſiaſtic. Offic. 18: *Excelſior locus eminentiſſimam doctrinam vangelicæ prædicationis, atque manifeſtiſſimam auctoritatem judicandi ſignat.*

CAPUT V.

Antiquitus duæ fuerunt Eccleſiarum præcipuæ partes, Chorus videlicet ſeu Tribunal, & Navis ſeu Baſilicæ gremium. Auguſtini loci duo de Exedræ nomine. In prima Eccleſiæ parte, hoc eſt, intra Chori cancellos, habitæ ut plurimum ſacræ olim Conciones.

VErum, his patefactis, videamus jam, in quanam Eccleſiæ parte ſolerent Conciones haberi. Quod ut facilius intelligatur, prænonendi ſumus, ſacrarum olim ædium (quemadmodum præclare obſervatum eſt a Gentiano Herveto viro doctiſſimo in ea Epiſtola, quam libro Nicolai Cabaſilæ de divino altaris ſacrificio a ſe Latine reddito præpoſuit) duas fuiſſe præcipuas partes; quarum prima tum βῆμα, tum ἱερατεῖον, a Græcis dicebatur; βῆμα quidem, hoc eſt, tribunal, ſeu ſuggeſtus, quod ſit ille editior, gradibuſque ad eum aſcendatur: ἱερατεῖον vero, id eſt, ſacrarium, quod ſacrificio ſit deſtinatum; ideoque altare in eo habetur, in quo Sacerdos corpus & ſanguinem Domini conſecret: ob eamque cauſam & Sancta Sanctorum, & Sacra Menſa, & Propitiatorium, & Magni

Sacrificii

crificii Officina, & locus Dei nuncupatur. Se-
nda pars ab iis vocatur, nos templum,
i majorem templi navem, gremiumque basi-
æ appellamus; & in hac universus congrega-
r populus. Primam porro illam ædis sacræ par-
n nos & Chorum & Tribunam nunc voca-
is: Tribunam, meo quidem judicio, quod
ejus latere (uti nunc etiam passim in vetustis
ilicis cernimus) Tribunal repetiretur, hoc est
iscopalis Cathedra, ex qua tamquam ex Tri-
nali Divinum Verbum audienti populo prome-
: Episcopus; ac propterea Aurelius Prudentius
ati Hippolyti basilicam describens cecinit in
ic modum:

Fronte sub adversa gradibus sublime Tribunal
Tollitur, Antistes prædicat unde Deum.

norum vero, quod Clerici in eo (ut ex Ra-
ni Mauri de Institutione Clericorum lib. 1. cap.
& Amalarii Fortunati de Ecclesiasticis Offi-
s lib. 3. cap. 3. intelligimus) in modum coro-
(a corona enim Chori nomen deductum tra-
it Festus & Isidorus) circum aram starent,
ita psallerent. Ac forte de hac eadem pri-
Ecclesiæ parte sentiebat beatus Augustinus,
m Exedræ nomen alicubi usurparet: *Sequenti*
(inquit in lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. de
obus fratribus sancti Stephani miraculo sanatis
ens) *post Sermonem redditum, narrationis ejus*

libellum in craſtinum populo recitandum prom
cum ex Dominico Paſchæ die tertio fieret,
dibus Exedræ, in qua de ſuperiore loqueba
feci ſtare ambos fratres. Et in Tractat
Epiſtolam Joannis: *Alloquamur, & illam*
mam), *quæ habet jam timorem caſtum per*
tem in ſeculum ſeculi. Putamus, inveni
lam, ut alloquamur? Putas, eſt in hac p
Putas, eſt in iſta Exedra? Putas, eſt, in
ra? Sed de Exedris, quia res non caret d
tate, nihil hic affirmamus.

In hac itaque prima Eccleſiæ parte, h
intra Chori cancellos, veteres Eccleſiæ
ſuas ut plurimum habuere Conciones. I
ſtrat hoc ſatis aperte Gregorius Nazianzen
de ſuis agens Concionibus in ea, quam
Epiſcopos habuit, Oratione, cancellos i
Auditorum ſeſe mutuo impellentium ac
dentium multitudine vim paſſos ſcribit
verba: *Valete Sermonum meorum amator*
curſus & concurſiones, & calami tam perſpicu
occulti, atque hujus ſuggeſti cancelli a mul
compreſſi hominum audiendi ſtudio ſeſe mut
trudentium. Id ipſum ex ejuſdem Greg
ſomnio de Anaſtaſiæ Eccleſia haud obſc
telligimus; ſic enim inquit inter cætera
mi quidem throno inſidere mihi videbar:
porro, inferioribus ſubſelliis, Presbyter
eſt gregis Chriſtiani duces, conſidebant.
Diaconi candidis veſtibus ornati ſtabant,

ſplen

endoris ſpeciem præ ſe ferentes. Plebs autem par-
circum cancellos apum more fuſa erat; certa-
enim omnes incumbebant, ut proximum quem-
ſuggeſto noſtro locum obtinerent; partim ad au-
diendum confluens veſtibuli anguſtia premebatur.
atus etiam Gregorius Nyſſenus mirum niſi ad
ſce cancellos alluſerit, cum in Oratione de
cto Baptiſmate, ſepius a me in hoc Opere
ata, populum ſcriberet ob acrius Sermonis
diendi deſiderium in ipſummet Sacrarium pe-
raſſe ac irrupiſſe; effractis nimirum (ut ego
erpretor) cancellis ipſis, vel certe cancello-
m foribus per vim quodammodo reclusis: *Nunc*
noſco gregem meum, (inquit Gregorius) *hodie*
deo formam Eccleſiæ conſuetam, quando & car-
lium curarum poſtbabito negotio juſta plenitudine
cultum Dei concurriſtis. Atque eadem quidem po-
lus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans
irrumpens; quotquot autem ab iis, qui intus ſunt,
admittuntur, apum in modum locum exter-
m in veſtibulis implent. Nam apum aliæ quidem
ens in opere occupatæ ſunt, aliæ vero foris alvea-
circumſtrepunt. Sic igitur facite, o Filii, & tum-
eam hoc ſtudium deſeratis; affectu enim me paſto-
li affici video; at vobis in hac ſublimi ſpecula ſe-
ns circa ſubjectos vertici vobis undique congrega-
m gregem contueri.

CAPUT VI.

Ex Episcopali sede Cathedra habitæ olim C cionet.

ENimvero cum intra Chori cancellos (ut nunc fit ex his, quæ de Ecclesiarum divi ne proxime scripsi) & Episcopalis Cathedra persiatur, & Altare, exstitit nunc illa quæs ex Cathedra ne, an ex Altaris gradibus soler olim haberi Conciones.

Atque ex Episcopali quidem Sede habitas, i nei sunt Auctores iidem illi, quos modo su nominavi, Gregorius Nazianzenus, Grego Nyssenus, Chrysostomus, Aurelius Prudent Augustinus, & Chrysologus; quorum ille, toties a nobis citato de Anastasiæ Ecclesia somnio, Concionum locum sublimis Throni pellatione nominavit. Et in Carmine de V sua, altum Thronum dixit. Alter, in Orati de sancto Baptismate, sublimem Speculam pellavit; Chrysostomus vero & in Sermone versus Hæreticos, & in Homilia 3. in capu Epistolæ ad Colossenses, Cathedram; Prud tius, in Carmine de beati Hippolyti basili sublime Tribunal; Augustinus, in Sermone de verbis Domini in Evangelium Joannis, su mem Sedem, Ghrysologus tamdem in Serm

173. Sacerdotalem Sedem. Quæ quidem nomina univerſa, quantum ego exiſtimo, nonniſi Cathedræ Epiſcopali apte poſſunt accomodari. Idem autem Auguſtinus in Expoſitione ad Pſalmum 116. cum eumdem omnino locum fuiſſe Epiſcopo in Eccleſia & ſedendi & concionandi non obſcure ſignificet, hunc nobis planiſſime expreſſit morem, ait enim: *Ideo altior locus poſitus eſt Epiſcopis, ut ipſi ſuperintendant, & tamquam cuſtodiant populum. Nam & Græce quod dicitur Epiſcopus, hoc Latine* Superintentor *interpretatur, quia ſuperintendit, quia deſuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad cuſtodiendam vineam: ſic & Epiſcopis altior locus factus eſt. Et ideo de iſto alto loco periculoſa redditur ratio, niſi eo corde ſtemus hic, ut humilitate ſub pedibus veſtris ſimus, ut pro vobis oremus, ut qui novit mentes veſtras ipſe cuſtodiat, quia nos intrantes vos & exeuntes poſſumus videre.* quibus hæc illico attexuit: *Tamquam vobis ex hoc loco Doctores ſumus, ſed ſub illo uno Magiſtro in hac ſchola vobiſcum Condiſcipuli ſumus.* Cognoſcitur etiam hoc idem ex verbis Socratis manifeſte, in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 6. cap. 14. de Chryſoſtomo ab exilio reducto hæc ſcribentis: *Multitudo prodit illi obviam; cum ſumma reverentia recta ad Eccleſiam deducit; orat, ut Sedem Epiſcopalem capeſſat, moreque conſueto pacem populo precetur. Cum ille recuſaret, diceretque, hoc non ante faciendum eſſe, quam tum cauſa ejus judicio eſſet diſceptata, tum*

hi, qui ipſum condemnarunt, mutata ſententia abſolverent, magis incendi cœpit; tanta enim cupiditate eum cum in Sede collocatum videndi, tum de integro concionantem audiendi illam inceſſerat. Itaque populi impulſu res ſic confecta eſt. Cum Joannes eſſet in Sede Epiſcopali locatus, & de more pacem populo precatus fuiſſet; coactus neceſſitate etiam concionatus eſt. Iterant autem hæc eadem iiſdem ferme verbis Georgius Patriarcha Alexandrinus, Caſſiodorus, & Nicephorus Calliſtus: ille quidem in Chryſoſtomi Vita hoc pacto cap. xlix. *Egreſſa enim populi multitudo multo cum honore & veneratione ſtatim ipſum deduxit in Eccleſiam, obſecrans, ut Epiſcopali Throno inſidens conſuetam pacem apprecaretur populo; hoc ipſum etiam flagitante Imperatore.* Et ſtatim: *Ingenti deſiderio ardebat plebs ipſum videndi in Throno ſedentem, eumque audiendi pro more docentem. Tum certe obtinuit populus, ut ea exequeretur. Inſidens igitur Epiſcopali Throno Joannes, conſueto more populo apprecatus eſt pacem, & ad explendum officium adactus docuit.* Alter in Tripartita libro 10. cap. 34. iis verbis: *Cum vero rediiſſet (ab exilio Chryſoſtomus), cum multo ejus honore ad Eccleſiam plebs occurrit: & mox ut Joannes ingreſſus eſt, rogabant, ut in Epiſcopali Sede reſideret, & populo Orationem pacis impenderet: quod cum refutaret, atque diceret, quod hoc oporteret judicio fieri Synodali, & eos, qui damnaverant, ſuam ſententiam revocare, attendebantur omnes eum videre in loco propriore-*

ſidentem,

ſidentem, & verba Doctoris audire. Qui licet diu tardaret, prævaluit tamen populus, & eum in Sede Epiſcopali reſidere coegit, & conſuetæ Orationem præbere pacis; coactus etiam Sermonem fecit ad populum. Nicephorus vero in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 13. cap. 16. in hunc fere modum: *Vi autem eum plurima cogentes, in Sede Epiſcopali collocarunt, ut pacem populo ex ſuperiore loco annunciaret & precaretur. His rebus ita ex neceſſitate quadam actis, Orationem tum quoque ex tempore ad populum habuit*, &c. Et cap. 17. ejuſdem libri: *Quas ob cauſas in immenſa omnium condemnatione Theophilus fuit. Sanctus autem Joannes Conſtantinopolim reverſus in eum amorem & gratiam populi pervenit, ut capiditate eum e Throno ſuo docentem videndi magis atque magis accenſi flagrarent.* Sed plane omnino declarant id ipſum ea, quæ de igne divinitus emiſſo, dum ſecundo pelleretur in exilium Chryſoſtomus, referuntur a Palladio, Georgio Alexandrino, & Metaphraſte in ejus Vita, ac Nicephoro Calliſto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 13. cap. 21. Ignis enim illius vim & effectum narrantes hi, illud etiam addunt huc apte cadens; ex ipſa Epiſcopali Sede, quæ omnium prima miſſam e cœlo flammam conceperat, ſolitum Chryſoſtomum (veluti cor in medio corpore poſitum, ſanguinem in cætera membra) eloquia Domini in univerſam multitudinem diffundere ac diſtribuere. Præſtat autem ipſa Auctorum verba ad probationis firmitatem adſcribere. *Poſt*

inceſſa-

ineffabiles (inquit Palladius) *illas tenebras, immenſaque caliginem* (ob Chryſoſtomum in exilium pulſum) *flamma de medio Throno, in quo Joannes ſedere conſueverat, & veluti medio in corpore poſitum cor, eloquia Domini cæteris membris exponere, repente proſiliens, Verbi Dei Doctorem requirebat: quem ubi non invenit, Sedem totam depaſcebatur, ac ſpeciem arboris præferens, & per catenas in ſublime ſe porrigens ad tectum uſque ſerpebat*, &c. Quorum verborum ſententiam deſumens Georgius ait: *Quo die Joannem eliminarunt Eccleſiæ aditu, flamma e medio Throno, cui beatus inſidere conſueverat, erumpens, perinde atque cor in mediullio corporis viſa eſt exponere velle reliquis membris Salvatoris eloquia; quare & requirebat ſalutaris eloquii interpretem: eo minime invento quidquid obvium occupaſſet, depaſcebatur, ac veluti in arborem conſcendens perrepſit in ſublime per catenas ad uſque faſtigii ſummi contignationem.* Metaphraſtes vero: *Eo enim die, quo magna illa ſtella Eccleſiæ, veluti ad quemdam occaſum, ibat in exilium, ignis divinus ex illa ſede, in qua aſſidens ſacram effundebat doctrinam, a nulla manu accenſus, per ſacras catenas ſerpit in altum*, &c. Repetit iſta eadem Nicephorus Calliſtus, in hunc modum ſcribens: *Eo die, quo magnum Eccleſiæ ſidus veluti occidens in exilium abiit, ignis ex medio Throno, in quo doctrinæ illa lux conſidens coruſcaverat, a nemine conjectus, emicans derepente per ſacras catenas in ſublime prorepit*, &c.

CA-

CAPUT VII.

Ex Altaris gradibus concionati nonnumquam veteres Patres. Id tum potissimum factitatum, cum intra Missarum solemnia Conciones habebantur. Nunc etiam Mediolanensis Ecclesiæ Parochi ex ipsis Altaris gradibus adhortatorias Sermonibus plebis sibi commissæ mores corrigant ac formant.

CErtum est igitur, habitas sæpe olim ex Episcopali Sede Conciones: sed & illud minime dubium, ex Altaris etiam gradibus id ipsum quandoque factitatum. Quod ex Gregorii Nysseni inexhibita nuper de sancto Baptismate Oratione cognoscitur, quo in loco adfirmat, ad Altare se adstitisse, cum hanc haberet Orationem: *Quare ne contemnas* (inquit) *divinum sacrarium, neque id tamquam commune propter usum aquæ parvi facias, & levi momento ducas: nam id, quod operatur, magnum est, & ab illo mirabiles existunt effectus: nam & Altare hoc sanctum, cui adsistimus, lapis est natura communis, nihil differens ab aliis cunctis lapidibus.* Atque etiam ex Chrysologi Sermone 173. ita scribentis: *Quæ*

ordinamus

ordinamus attendite, quæ dicimus audite, quæ facimus approbate, nec pro voluntate veſtra, ſed pro diſpoſitione noſtra Prædicationis noſtræ percipite rationem: & ſive cum dicimus de Gradu iſto, ſive cum de Sacerdotali Sede pro temporis ratione tractamus, ut oves bonæ, ut cari greges, dilecta pignora, ſine faſtu impigre ac toto fidei curſu convenite, concurrite: nec vos locorum mutatio tam propinqua, & ſpatia ſic arctata, intereddant deſides, interfaciant murmurantes. Per Gradum autem accipe, ut ego conjicio, ipſos Altaris gradus. Id ipſum addidici ex Apollinaris quoque Sidonii Euchariſtico Carmine, ad Fauſtum Reienſem Epiſcopum dedicato, ſub finem ita canentis:

Sed te conſpicuis gradibus venerabilis Aræ
Concionaturum plebs ſedula circumſiſtit.

Cypriani denique Diaconi verbis, quibus Arelatenſem Cæſarium, ad Altare ſtantem intra ipſa Miſſarum ſolemnia, recedentem ab Eccleſia populum revocaſſe memorat, quæ dixi de Concionibus ex Altaris gradibus haberi ſolitis facile confirmarim. *Cum die quadam* (ait Cyprianus in Cæſarii Vita cap. 12.) *eſſet ad altare Cæſarius, animadvertit, quoſdam lecto Evangelio ex Eccleſia egredi, quod ſancti viri Conciones auſcultare initio detrectarent. Mox igitur appellat his vocibus populum. Quid facitis Filii? Quid ita foras abſceditis, mala perſuaſione ſubverſi? State pro animabus veſtris*

ſtris ad accipienda verba Adhortationis noſtræ, eaque auſcultate ſolliciti: non licebit id vobis in illo tremendo Judicii die; moneo, clamo, obteſtor. Ne, ſitis, obſecro, vel ſurdi, vel profugi: auditis oris mei buccinam, perinde ac ſi animas veſtras ſuo mucrone Satan jugularet: non ego taciturnitatis arguar. Hac de cauſa ſæpiſſime oſtia, lectis Evangeliis, occludi juſſi, donec propitio Deo ipſi gratularentur, ea coercitione ſe profeciſſe, qui ſolebant eſſe fugitivi. Hæc Cyprianus.

Exiſtimarim autem, tunc potiſſimum ex Altaris gradibus priſcos Patres concionatos, cum intra ipſa Miſſarum ſolemnia (qua de re ſuo loco) eo munere fungerentur. Cujus ſane moris extat adhuc veſtigium, conſtanti ſæculorum ſucceſſione uſurpatum, in noſtra Mediolanenſi Eccleſia, in qua Paræci Feſtis, ac Dominicis præſertim, diebus, intra Miſſam, proxime poſt Evangelii recitationem, ex ipſis Altaris gradibus, adhortatoriis Sermonibus plebis ſibi commiſſæ mores corrigunt ac formant.

CAPUT VIII.

Extra Chorum etiam aliquando, hoc eſt, in Baſilicæ gremio, ex Ambone habitæ olim Conciones.

INtra Chori cancellos, de Epiſcopali Sede interdum, interdum ex Altaris gradibus, concio-

cionatos veteres Patres, hactenus ex optimis Auctoribus, iisque perantiquis ac nobilibus, docui: dehinc extra Chorum etiam aliquando, hoc est, in ipso Basilicæ gremio, ex Ambone id ipsum factitatum, eadem via comprobabo. Georgius Alexandrinus in Vita Chrysost. cap. XVII: *Porro Flavianus Episcopus, videns S. Spiritus gratiam in ipso* (Chrysostomo) *scaturientem, hortabatur eum ut populo exponeret quæ commonitioni essent consentanea atque animarum saluti. Ipse autem id nolebat facere metu humanæ gloriæ. Attamen quod probe nosset debere se obedientiam, ut qui in mente haberet Angeli præcepta, vim sibi fecit, ut, quæ erat concionaturus, conscriberet, & sæpius in Secretario Ecclesiæ legebantur ipsius expositiones, præsente Episcopo, Clero, nec non quibusdam civibus: quin & sæpe recitabantur in ambone: & omnes spirituali gaudio perfusi domum repetebant, atque ad mensas medioque in foro has expositiones sibi invicem referebant, illas quidem vice psalterii memoriter recitantes. Has vero in chartam transcribebant, ad perennem memoriam eas percurrentes. Multas commentationes conscripsit Antiochiæ, antequam Constantinopolitanus fuit Episcopus, quarum major pars incolumis servata est in ædibus Episcopi dictæ Ecclesiæ, nec non ab iis qui in populo studiosiores erant. Semel igitur ipsum hortatus est Flavianus Episcopus, ut conscenso Ambone Scripturas populo ex tempore explanaret. Non autem de scripto: ille contra moleste tulit, ob idque veniam petiit; tum Flavianus magis*

magis ipſum urgebat, tandem coactus ille a ſua conſcientia, & habens in ſe-ipſo fortitudinem Spiritus Sancti per mundiſiam cordis ſui, primum aſcendit in Ambonem, Sermonem ad multitudinem quæ convenerat & ad Epiſcopum dirigens, cujus initium eſt, An vera ſunt, quæ vobis acciderunt? *Cumque vidiſſent omnes non ſchedam in manibus habere eum neque librum, ſed eis ex tempore concionari, multo magis obſtupuere, cum gloria, plauſu & pluvibus laudibus cumulantes. Nondum enim ea in civitate viderant aut audiverant tale quid geſtum a quoquam fuiſſe.* Eumdem autem Chryſoſtomum Lectorum ſæpe ambonem, in baſilicæ græmio collocatum, conſcendiſſe, ut ex eo concionans ab omnibus facilius ac commodius audiretur, docuit nos Sozomenus in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 8. cap. 5. apud quem ita non obſcure ſcriptum legimus: *Tanta vero frequentia eorum erat, qui Concionibus illius* (Chryſoſtomi) *inhiabant, ac ſatiari non poterant, ut quoniam illi ex mutuo compreſſu atque obtritu periclitarentur, dum ſinguli prorſum nituntur ſemper, ut propius adſtantes dicentem certius audiant, ipſe medium ſe omnibus exponens, a ſuggeſtu Lectorum docuerit.* Et Nicephorus eadem iſta, quamquam aliquanto fuſius, in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 13. cap. 7. complexus eſt, ita inquiens: *In tantum vero plebs doctrinæ ejus, qua ſatiari non poterat, inhiabat, ut periculum etiam ſibi homines crearent, dum inter ſe conſerta turba premerentur, cubitis alii alios*

ſub-

ſubmoventes atque repellentes, quod pro ſe quiſque ad eum proxime accedere conaretur; quo certius clariuſque illum dicentem audire poſſet. Quam ob cauſam ille quoque communem ſe omnibus præbuit, & in Lectorum ſuggeſtu in media turba conſidens, uberem doctrinam, quaſi communem quamdam gratiam, omnibus impertit. Et ex multitudine quiſque ſuavitate Orationis ejus delibutus, anticipare locum properabat; die noctéque, ut ita dicam, in templo eum præſtolans. Certe hi loci ad id, quod propoſui, faciunt vehementer: nihil enim dubitationis relinquunt, cum in iis fateantur aperte Sozomenus & Nicephorus, in medio populi conventu ac turba conſtitiſſe Chryſoſtomum, dum ex Lectorum Ambone concionabatur: certum eſt autem, ut & ante docui, populi locum in Eccleſia extra Chorum ſemper fuiſſe, hoc eſt, in ipſa Baſilicæ navi ſeu gremio.

CA-

CAPUT IX.

Quibus nominibus fuerit olim Concionum locus ab Eccleſiaſticis Scriptoribus appellatus. Joſephi Stephani de ſalutatorii voce opinio reprehenſa. Vera ejus nominis ſignificatio. Secretarium, & receptorium, idem ſalutatorium. Pulpiti, tribunalis, & ambonis appellatione nominatus Concionum locus. Horum nominum etymon. Per ambonem, Chriſti monumenti lapis deſignatur.

QUamvis de his nominibus jam cap. 3. hujus libri egi, ea adhuc hic attingere non gravabor, ut ſingula quæque ſuo loco tractentur.

Joſeph Stephanus in libro de Oſcitatione pedum Romani Pontificis cap. 16. Salutatorium eripſit nuncupari conſueviſſe eum locum, ex quo Epiſcopi populum alloquerentur, eique benedicerent; atque, ut ſuam ſtabiliat ſententiam, Pauli Diaconi locum adfert ex libro 13. Hiſtoriæ Miſcellæ in Theodoſio: (quamquam Caſſiodorum potius in Tripartita libro 9. cap. 30. citare debuerat Stephanus, a quo certiſſime locum hunc,

veniens eum in ſalutatorio reſidentem ſupplica
ejus vincula reſolveret. Verum, ut id qu
tio, libere dicam, in hujus vocis explic
toto cœlo mihi videtur erraſſe Stephanu
alioqui doctus & eruditus. Etenim ſalutat
nihil aliud hoc loco ſignificare, quam E
palis Ambroſii domus primum aditum,
bulumque, omni aſſeveratione affirmare n
bitabo: idque ex eo certiſſime conjicio,
(quemadmodum multa Auctorum loca teſt
& nos paſſim videmus) ædes omnes amp
Magnificæ, ſive ſacræ, ſive prophanæ,
bulum ſemper habuere, in quo advenientib
tur obviam ab ædis domino, primi verb
congreſſus fierent, mutuæque ſalutationes
rentur. Hinc Eudoxia Auguſta Arcadii ux
Amantio Eunucho de Marci & Porphyrii
coporum adventu edocta, intra regiæ
parietes humaniſſime officioſiſſimeque Por
conſalutat, ſeque vehementer excuſat, qu

aulo Diacono dicitur ſalutorum, id a Theo-
ito ædicula ſalutatoria. Theodoriti verba ſunt
in Hiſtoria Eccleſiaſtica libro 5. cap. 17:
ad ſacros templi parietes advenit (Theodo-
), *non ingreditur in templum ille quidem, ſed*
piſcopum, qui in ædicula ſalutatoria ſedebat,
dens obſecrat, ut vinculo ſibi ſolvat. Quæ
lem ædium veſtibulo maxime, nullo modo,
cionum loco conveniunt. Statuit præterea
ſdem Auctoribus hujuſmodi ſalutatorium ex-
Eccleſiam, & nos tamen ſupra docuimus,
rium Concionum locum intra Eccleſiam
per fuiſſe. Atque in hunc omnino ſenſum
pavit ſalutatorii vocem Gregorius quoque
onenſis in Francorum Hiſtoria lib. 7. cap. 22.
d vero ſalutatorium nominavit hoc loco Tu-
nſis, ſecretarium dixerat prius in libro 5. cap.
Receptorium autem appellarat Appollinaris
nius in lib. 5. epiſt. 17.
d, ut veras tamdem editioris Concionum
appellationes perſequamur, pulpitum aliquan-
uncupatum eum fuiſſe reperio. Cyprianus
piſtola 3: *Nihil* (ait) *magis congruit voci &*
Dominum glorioſa voce confeſſa eſt, quam ce-
andis Divinis Lectionibus perſonare: poſt verba
nia, quæ Chriſti Martyrium prolocuta ſunt,
ngelium Chriſti legere, unde Martyres fiunt; ad
itum poſt caſtum venire. Et in Epiſtola 34.
d aliud quam ſuper pulpitum, id eſt ſuper tri-
al Eccleſiæ, oportebat imponi (Celerinum), *ut*
altioris celſitate ſubnixus, &c.

Ex quibus Cypriani verbis illud manifeſte colligimus, tribunal quoque fuiſſe eum locum appellatum: quod & Uranius deſignat haud obſcure in Vita ſancti Paulini Epiſcopi Nolani, quæ extat apud Laurentium Surium xxii. Junii his verbis: *Sabbato ſecunda hora diei lætus ad Eccleſiam proceſſit* (Joannes I. Neapolitanæ urbis Epiſcopus), *& aſcenſo tribunali ex more populum ſalutavit, reſalutatuſque a populo Orationem dedit*, &c. Aurelius quoque Prudentius in ſemel atque iterum citato carmine de ſancti Hippolyti baſilica eamdem tribunalis appellationem in eumdem ſenſum uſurpavit.

Ambonis demum vocabulo paſſim a Scriptoribus vocitatur Concionum locus: a Socrate in Hiſtoria Eccleſiaſtica libro 6. cap. 5. Caſſiodoro in Tripartita libro 10. cap. 4. Nicephoro Calliſto in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 13. cap. 4. Eadem appellatio uſurpatur etiam in Concilio Laodicenæ cap. 15. in Lateranenſi ſub Martino, & in Trullenſi cap. 33. nec non a Zonara in Anaſtaſio, a Matthæo Blaſtare in Synopſi Conciliorum, & ab Anaſtaſio paſſim in Vitis Pontificum. Et quamvis ſuperius in hujus libri capite 3. veram hujus nominis origenem ac etymon a verbo Græco ἀναβαίνω, quod eſt *aſcendo*, duxerimus, Ordo tamen Romanus, aliique Rituales Libri ab ambiendo ita appellatum tradunt: vel quod ipſe utrinque gradibus ambiatur; in quibuſdam etenim Eccleſiis ambones viſuntur duplicem graduum ordi-

linem habentes, unum a ſiniſtris, quo ſit ensus verſus Orientem, alterum a dextris Oentem verſus, quo ſit deſcenſus: vel quod antem cingat & ambiat quod ultimum noiis etymon notavit etiam Vualafridus Strabo in ro de Rebus Eccleſiaſticis capite 6. Sed iſti nes originem Græci nominis fruſtra à Latinis etunt.

Per ambonem autem, (ut nihil intactum requam, quod ſit obſervatione dignum) Chriſti numenti lapidem deſignari, ſcriptum reliquit rmanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſua um Eccleſiaſticarum Theoria iis verbis: *Amiguram lapidis ſancti monumenti deſignat, quem gelus cum evolviſſet ex oſtio monumenti, proclabat reſurrectionem Domini unguentiferis mulieri-. Eſt autem juxta Prophetam dicentem, In ite campeſtri tollite ſignum; aſcende qui evangeris; & exalta vocem; mons eſt enim in loco mpeſtri & æquabili poſitus.* Hactenus Germas, in cujus verbis commodiſſime Concionum is finietur. Ad earumdem autem tempus proantem Lectorem jam nihil morabor.

CAPUT X.

Primis Ecclesiæ temporibus Dominico potissimum die habitæ Concionei. Una Sabbati, & Prima Sabbati, *id est, Dominica dies. Sabbatum pro tota hebdomada positum. Dies Solis, hoc est, Dominica dies.*

VEntum est ad extremam Operis destinati partem, in qua nobis de Concionum tempore, quia & res admonet, & obstrictam fidem meminimus, disputandum est. Legitimum itaque habendæ Concioni tempus fuit, jam inde ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis, Dominicus dies. Actuum certe Apostolicorum cap. 20. ita scriptum reliquit beatus Lucas: *Una autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis.* Pro quorum verborum majori intelligentia illud videtur hoc loco repetendum, quod primo lib. cap. 3. ex Hugone adnotavimus, Prædicationem fere ubique ab Actuum Apostolicorum interprete fuisse Disputationis nomine appellatam; ob eam potissimum rationem, quod tunc Ecclesiæ fundamenta jacerent Apostoli, & esset necesse, *ut omni poscenti* (quemadmodum 1. Petri cap. 3. scriptum est) *parati semper essent rationem redde-*

re

re de fide Christi. Unam autem Sabbati pro Prima positam esse, quemadmodum etiam Marci cap. 16. Lucæ 24. Joannis 20. & in 1. ad Corinthios cap. 16. præterquamquod adfirmant quicunque in hæc loca scripsere: ex eo quoque magis perspicuum fieri arbitror, quod cum Matthæi cap. 28. dicantur venisse Magdalena & altera Maria ad Christi sepulchrum ὀψὲ σαββάτων, hoc est, *in una Sabbatorum*, Latinus tamen interpres vertit, *in prima Sabbati*. Atque ita loqui solitos Hebræos, cardinalem numerum pro ordinali usurpantes, satis intelligimus ex lib. Geneseos cap. 1. vers. 5. ubi, *Factum est* (inquit Moyses) *vespere & mane dies unus*, hoc est, *primus*. Sabbatum vero totam hebdomadam significare hoc loco, sicut & Lucæ 18. cum dicitur, *Jejuno bis in Sabbato*, pridem monuerunt viri docti. Primam demum Sabbati fuisse Dominicam diem, in qua nimirum Ecclesiastici conventus haberi solerent, omnes Patres Græci & Latini tradiderunt, Gaudentius Brixiensis Tract. 1. de Sancto Paschate, Hieronymus Epist. 150. ad Hedibiam quæst. 4, Augustinus Epist. 86. ad Casulanum & 119. ad Januarium, Ambrosius, Chrysostomus, Beda, Theophylactus, Oecumenius, & alii passim ad citatum caput 16. epist. primæ ad Corinthios. Dum ergo in una Sabbati factam a Paulo Disputationem scribit B. Lucas, fateri oportet, in prima omnino hebdomadis die, hoc est, Dominica, habitam eam Pauli Concionem.

De qua conſuetudine, illam quoque habemus Apoſtolorum doctrinam, quæ tradita legitur in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 59. iis verbis: *Die Dominico, qui eſt dies reſurrectionis, ſtudioſius templum Domini adite, ut Deum laudibus celebretis; qui fecit omnia per Chriſtum, quem ad nos miſit, & pro nobis mori permiſit, & a mortuis excitavit. Quid enim apud Deum excuſare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei ſalutare de reſurrectione non convenit? Quo quidem die precationes tres ſtantes facimus, memores ejus, qui poſt triduum reſurrexit. In quo item adhibentur lectio Prophetarum, Evangelii prædicatio, oblatio ſacrificii, & ſacri cibi donum.* Meminit ejuſdem obſervationis, ut ab Apoſtolis per manus traditæ, beatus etiam Juſtinus in 2. pro Chriſtianis Apologia, in hunc fere modum ſcribens: *Solis, qui dicitur, die* (ſic appellant Dominicum diem non Juſtinus modo hic, & paulo poſt, ſed & Tertullianus Apologetici cap. 16. Sanctus Maximus Taurinenſis Epiſcopus in Homilia 3. de Pentecoſte, & Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Francorum lib. 3. cap. 15. de qua appellatione nos etiam plenius commodiore loco, ſi Deus dederit) *omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conventus fit, & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde Lectore quieſcente Præſidens Orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulcrarum rerum cohortatur,* habet.

habet. Sed & Chryſoſtomus & Auguſtinus in uſu id ſuis temporibus fuiſſe non uno loco indicant; ſiquidem ille in Homilia 5. in Matthæum de ipſo Dominico die agens: *Legem hanc* (inquit), *nobis ſtatuamus immobilem, nec nobis tantum, ſed conjugibus etiam liberiſque noſtris, ut unum hunc totius hebdomadis diem, quo ad audiendum concurritur, totum in eorum, quæ dicuntur, meditatione ponamus*. Nec multo poſt: *Quod ne accidat, quoties a ſancta congregatione diſceditis, nihil magis neceſſarium judicate, quam ea, quæ audiendo didiciſtis, conſervare meditando. Nimia enim omnino indevotio, & proſus extrema eſt, ut quinque & ſex dies quidem in rebus carnalibus conſumentes, unum ſpiritualibus diem, imo exiguam diei partem nolitis impendere*. Atque exiſtimarim etiam, de hac ipſa Dominica die tunc intellexiſſe eumdem Chryſoſtomum, cum in Homilia XI. ad cap. I. Joannis Auditores, cupiens attentiſſimos in Concionibus adeſſe, admonet, ut ſemel in Sabbato, vel ipſo Sabbato, Evangelicas illas vel int domi prælegere lectiones, quas eſſet ipſe deinde in Eccleſia expoſiturus. Dum enim Sabbato potiſſimum id ab eis peragendum dicit Chryſoſtomus, videtur certe de eo locutus tempore, quod deſtinatum habendæ Concionis hebdomadis diem, hoc eſt, Dominicum, proxime antecedebat; quod nimirum ſoleant nuperrime lecta in memoria penitius inſidere. *Quid igitur* (ait Chryſoſtomus) *a vobis peto? Ut una*

cerum in Sabbato, vel ſaltem Sabbato, curæ vobis ſit Evangelicas legere lectiones, quas ante has Concionnes in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter ſenſum diſquirere, quod clarum, quod obſcurum in his ſit, adnotare velitis, quod pugnare videatur, cum non pugnet; ita omnibus penitus examinatis, his vos Concionibus quam attentiſſimos exhibeatis, &c. Auguſtinus vero in lib. 6. Confeſſionum cap. 3. ſe-ipſum narrans ſolitum Mediolani omni die Dominico concionantem Ambroſium audire: *Et eum quidem* (ait, de eodem loquens Ambroſio) *in populo verbum veritatis recte tractantem omni die Dominico audiebam*. In Sermone autem 28. de verbis Apoſtoli, cum diem Dominicam habendo Sermoni deſtinatam dicat Auguſtinus, morem certe noſtrum aperte confirmat: *Nunc* (inquit) *cum die Dominico, debito reddendi Sermonis, recitaretur eadem lectio, divinitus mihi inſpiratum eſſe credidi, ut inde tractarem*. Id ipſum perſtringitur ab eodem Auguſtino, ſed paulo obſcurius, in Tract. 7. in Joannem iis verbis: *Nos autem, Fratres, quoniam paſti ſumus epulis ſalutaribus, quæ reſtant agamus, ut diem Dominicum ſolemniter impleamus in gaudiis ſpiritualibus*. Synodi quoque in Trullo habitæ can. 10. ita conſtitutum fuit: *Quod oportet eos, qui præſunt Eccleſiis, in omnibus quidem diebus, ſed præcipue Dominicis, omnem clerum & populum docere*. Cujus Conſtitutionis rationem reddens Zonaras, hæc ſcribit ad eum Canonem,

ex

x elegantiſſima doctiſſimi viri Antonii Salmatii ollegæ mei interpretatione: *Apoſtolici decreti auoritatem ſecuti Patres hoc edito Canone, cum aliis uoque, tum Dominicis diebus, Epiſcopi Oratione opulum ad pia religionis ſtudia informari ac inſtiui jubent. Cum enim per eos dies vacationem a aboribus nacti homines in Eccleſiam conveniant, ique tempora divinarum Scripturarum auditione aducant, erit ea populo longe fructuoſior induſtria, uam in eo erudiendo ac inſtituendo iis præcipue iebus Epiſcopus adhibuerit.* Ex quibus Zonaræ erbis illud etiam apparet, quod ſupra dicebaius, ductam hanc conſuetudinem ab ipſis Apoſtolorum temporibus. Zonaræ autem rationem, ut ferme omnia, mutuatus Balſamon, ita ompendioſe ait ad eumdem Canonem: *Epiſcopi eccleſiarum Doctores conſtituuntur, & propterea cit Canon, eis omnino neceſſe eſſe, eum, cui præſunt, populum ſemper docere, & multo magis diebus Dominicis, in quibus omnes fere ſolent in eccleſiis intereſſe, ut qui a ſuis artificiis operibuſque eſſent.*

CAPUT XI.

In aliis quoque feſtis diebus habitæ olim Conciones.

ATque hæc quidem, in Dominicis potiſſimum diebus habitas antiquitus Conciones, fidem

fidem faciunt. In aliis porro feſtis an fuerit hoc idem factitatum, deinceps nobis explicandum eſt. Ii igitur ipſi, qui pæne innumeri, in feſtis diebus habiti, ad nos pervenerunt, ſanctorum Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum, Sermones hanc veritatem planiſſime confirmant. Verum non iſto dumtaxat argumento fulta ſuſtentatur ea res: ſunt & aliæ certiſſime conjecturæ, quarum firmo omnino nititur fundamento. Beatiſſimos certe viros Chryſoſtomum & Chryſologum concionandi conſuetudinem in aliis præter Dominicos, feſtis, ac Martyrum præſertim diebus, ita conſtanter retinuiſſe obſervo, ut, ſi quando in iis alia de re Sermones habere cogerentur, idoneam ſtatim ac juſtam Auditoribus adferrent ejus ceſſationis ac neceſſitatis excuſationem. *Ne vero* (ait Chryſoſtomus in Oratione 3. adverſus Judæos) *veſtrum quiſpiam reprehendat Orationem, velut intempeſtivam, ſi cum Martyres vos hodie vocent, nos ſuperſedentes illorum exponere certamina, adverſus Judæos exuimur. Nam & ipſis Martyribus hic Sermo eſt exoptatior; ex noſtris enim laudationibus nihil illis ſplendoris accreſcet. Quid enim egeant linguis noſtris, quorum certamina ſuperant naturam humanam? quorum præmia vim ingenii noſtri vincunt?* Beatus vero Chryſologus in Serm. 122: *Deberet*, (inquit) *Fratres, Sermo noſter hodie ſancti Andreæ, in quantum ſufficit, referre virtutes, ſed quia de divite illo, & Lazaro Evangelico paupere, quod ſupereſt,*

reſt, not diximus reddituros, & beati Andreæ oſtolatus, & Martyrii ſui prærogativa ſufficit, & undat ad gloriam; ſi placet, nos, quæ promi- ius, quæ debemus, ipſo Domino reddente, ſolva- is. Quin etiam reperio eumdem Chryſoſto- im, nec non Gaudentium Brixienſem, & iguſtinum interrupiſſe aliquando eum ordinem, em in habendis quibuſdam Concionibus, con- uatis fere diebus, ipſi ſibi præſcripſerant; ne lelicet uſitatum hunc in feſtis diebus concio- ndi morem intermitterent. *Oportebat quidem* hryſoſtomi verba ſunt in Concione 4. de La- ro) *ſuperiore conventu delictum hoc diſſolviſſe,* nem nimirum impoſui ſſe parabolæ de Lazaro) *rum non exiſtimavimus eſſe tutum, beati Baby- & Bigæ ſanctorum Martyrum, qui Lazarum uti ſunt, bene facta præterire. Eoque diſtulimus, ıdamentum, reſervantes in præſentem diem totam uſturam. Age igitur, quoniam & Patribus ſuas ıdes perſolvimus, non ut illi promerebantur, ſed) viribus noſtris perſolvamus & vobis hujus expo- onis reliquias.* Et in Homilia 2. de incompre- nſibili Dei natura: *Fratres noſtros morbo teter- no, Judæorum opinione, laborantes, niſi feſtinan- s abigne eripuiſſemus Judaico, nihil juvare ad- nentes poſſemus. Deinde nos adventus accepit Pa- m ſpiritualium, qui complures huc diverſis ex is acceſſerunt. Neque enim per id tempus duxi- s eſſe opportunum, ut dum illi omnes veluti flu- ıa quædam in hoc mare ſpirituale affluerent, no*

Sermone

Sermone prolixiore ageremus. Poſt deceſſum illorum celebritates percrebræ Martyrum occurrere, quorum ſolemnitatem negligere & laudem haudquaquam deberemus. Quæ propterea refero atque enumero, ne per aliquam meam negligentiam aut deſidiam commiſſum eſſe exiſtimetis, ut certamen Anomœorum uſque ad hoc tempus differretur. Nunc itaque cum Judæorum pugnam Deo bene juvante curſu felici expedierimus, & patres in ſuas redierint ſedes, & Martyrum laudes nos ſatis delectarint, age diuturnum veſtrum audiendi deſiderium expleamus. Gaudentius autem Brixienſis Epiſcopus in Tractatu 5. ſic habet: *Ordinem lectionis Exodi, ubi lex celebrandi Paſchatis deſcribitur, idcirco præpoſteravimus, ut Myſteriis reſerandis debitæ reverentiæ ordinem teneremus, quia oportebat in illa ſplendidiſſima nocte Vigiliarum ſecundo Tractatu non lectorum ſequentia, ſed congrua Neophytis explanari.* Apud Auguſtinum demum ita ſcriptum legimus in Præfatione ad Expoſitionem Epiſtolæ B. Joannis: *Meminit Sanctitas veſtra, Evangelium ſecundum Joannem ex ordine lectionum nos ſolere tractare; ſed quia nunc interpoſita eſt ſolemnitas ſanctorum dierum, quibus certas ex Evangelio lectiones oportet in Eccleſia recitari, quæ ita ſunt annuæ, ut aliæ eſſe non poſſint. Ordo ille, quem ſuſcepéramus, neceſſitate paululum intermiſſus eſt, non omiſſus.* Et Tractatu 9. in eamdem beati Joannis Epiſtolam: *Interceſſerunt autem, ut omitteremus textum hujus Epiſtolæ, quædam pro diebus feſtis ſolemnia*

lemnia lectionum, quæ non potuerunt niſi legi, & ipſa tractari; nunc ergo ad prætermiſſum ordinem redeamus, & quæ reſtant intente accipiat Caritas veſtra.

CAPUT XII.

In Epiſcopatus natali die, ſive primo, ſive anniverſario, habitæ interdum a priſcis Patribus Conciones. Atque id non ab ipſis dumtaxat primo creatis Epiſcopis, ſed ab aliis etiam quandoque factitatum.

IN ipſo inſuper Cathedræ ac Epiſcopatus natali die, ſive primo, ſive anniverſario, habitas nonnumquam a priſcis Patribus Conciones, notius eſt, quam ut longæ probationis egeat. Quis enim, in Patrum lectione non omnino peregrinus aut hoſpes, neſciat, Gregorium Nazianzenum publice verba ad populum feciſſe, quo primum die Saſimorum eſt creatus Epiſcopus? exat hæc Oratio inter Nazianzenicas numero ſeptima. Gregorii etiam Nyſſeni elegantiſſimam, primo ſui epiſcopatus natali die habitam, Orationem videre eſt in ejus ſecundo Operum Tomo: quam quidem Orationem doctiſſimus, acerrimique & elegantiſſimi judicii vir, Fronto Ducæus ex manu ſcriptis Codicibus non ita pridem

dem Latinam fecit, atque in vulgus edidit. Chryſoſtomus ſimiliter, cum primum Epiſcopus ordinatus eſt, Sermonem ad populum habuit. Quintam demum ſacram Ennodii, Ticinenſis Epiſcopi, Dictionem, ab ipſo, cum primo Epiſcopus creatus eſt, ſive habitam, ſive aliis conſcriptam, ut ea in Epiſcopatus auſpiciis uterentur, morem hunc noſtrum veriſſime exprimere, nemo non videt.

Sed & panegyricis aliorum Concionibus laudatos interdum Epiſcopos primo ſuſcepti Epiſcopatus die, indicant Chryſologi Sermo 107. in Petri Epiſcopi citationem factus, & prima Ennodii ſacra Dictio, in Laurentii Mediolanenſis Epiſcopi natali Cathedræ die habita.

Neque vero in prima dumtaxat Epiſcopatus aut Cathedræ natali habebantur olim Concionnes, ſed in ipſo etiam nonnumquam anniverſario Creationis die hoc idem factitatum reperio. Atque, ut ita ſentiam, faciunt Auguſtini Homil. 24. & 25. ex libro quinquaginta Homiliarum; facit & Magnus Leo in Sermonibus ſuis 1. 2. & 3. Præſtat autem ipſa Auguſtini verba apponere: *Die quidem omni*, (ait in 24. Homilia) *& omni hora, & cura omnino continua, Dilectiſſimi, cogitare debet Epiſcopus, quantæ diſpenſationis ſarcinam gerat, qualem de illa rationem Domino ſuo reddat. Verumtamen cum dies anniverſarius noſtræ Ordinationis exoritur, tunc maxime honor hujus officii, tamquam primum imponatur, attenditur.*

attenditur. Et aliquanto poſt: *Die ergo iſto ſolemni Epiſcopatus mei prius paucis alloquar debitores meos*, &c. In 25. vero Homilia hæc inquit: *Hodiernus dies iſte, Fratres, admonet, me attentius cogitare ſarcinam meam; de cujus pondere etiamſi mihi die noctéque cogitandum ſit, neſcio quo tamen modo anniverſarius iſte dies impingat eam ſenſibus meis, ut ab ea cogitanda omnino diſſimulare non poſſim.* Leonis autem teſtimonia recitare idcirco prætermitto, quod ipſa Sermonum Inſcriptio legenti ſubito rem totam manifeſtet, & ſint ii Sermones in manibus omnium.

CAPUT XIII.

In baſilicarum ac altarium dedicatione concionati nonnumquam veteres Patres.

ATque hæc quidem, habitas antiquitus Conciones in Epiſcopatus natali die, ſive primo, ſive anniverſario, fidem faciunt: quæ vero proxime addam, id ipſum in Baſilicarum etiam ſeu Altarium dedicatione factitatum, docebunt planiſſime. Extat plures Auguſtini Sermones de Tempore, 252. 253. 254. 255. 256. & ex iis, quos addidere Pariſienſes; 16. & 17. quorum Titulus is eſt, ad noſtræ omnino ſententiæ confirmationem: *In anniverſario dedica-*

tionis Eccleſiæ, vel Altaris, Sermo, &c. Secunda quoque ſacra Ennodii Dictio habita fuit in Baſilicæ Apoſtolorum Petri & Pauli dedicatione; Quarta autem in dedicatione Baſilicæ ſancti Joannis Baptiſtæ. Fauſtum item Reienſem Epiſcopum, Concionem Lugduni habuiſſe, cum inibi Eccleſia quædam dedicaretur, prodidit Sidonius Apollinaris in Epiſtola 3. libri 9. iis verbis: *Licet prædicationes tuas, nunc repentinas, nunc, cum ratio popoſciſſet, elucubratas, raucus ploſor audierim, tunc præcipue, cum in Lugdunenſis Eccleſiæ dedicatæ feſtis Collegarum ſacroſanctorum rogatu exorareris, ut perorares*, &c.

CAPUT XIV.

In ipſis etiam feſtorum dierum Vigiliis habitæ aliquando Conciones.

NEc reticebo illud in præſentia; in ipſis etiam feſtorum Vigiliis concionatos interdum veteres Patres. Atque id locus ex 4. Gaudentii Brixienſis Tractatu plane probat, in quo iſta ſcripta ſunt: *Carnalem Judaicæ Paſchæ obſervantiam, ſpiritualibus typis refertam, trino jam Tractatu docuimus: ſemel heſterno die, & bis in Vigiliis allocuti Caritatem veſtram*. Et alter 5. in Tractatu, hoc modo conſcriptus: *Ordinem lectionis Exodi, ubi lex celebrandi Paſcha deſcribitur, idcirco*

dcirco præpoſteravimus, ut myſteriis reſerandis de-itum reverentiæ ordinem teneremus; quia oportebat, n illa ſplendidiſſima nocte Vigiliarum, ſecundo Tractatu, non dictorum ſequentia, ſed congrua Neophyis explanari. Auguſtinus quoque in Homilia 26. ibri quinquaginta Homiliarum ita, ut Gaulentius, morem hunc nobis expreſſit, cum dit: *Et quia non toti viri, vel mulieres voluerunt odie ad Vigilias convenire, rogo vos, Filii & Fiæ ut ea, quæ vobis dicta ſunt, illis, qui abſenes fuerunt, fideliſſime referatis.*

CAPUT XV.

n profeſtis etiam diebus habitæ olim quandoque Conciones. Certi ac definiti fuerunt hujuſmodi dies. Quæſitum, quinam tamden ii fuerint. Varia variarum Eccleſiarum hac in re conſuetudo.

SEd in profeſtis quoque diebus habitas olim quandoque Conciones, ex Auguſtini Sermone 28. de Tempore, parvo negotio quivis dilicerit: adfirmans enim inibi Auguſtinus, eam ob cauſam nolle ſe longius Sermonem produce-e, ne pauperes, quibus erat ad opera exeundum, retardarentur, ſignificat, profectum omnino fuiſſe illum diem, utpote operibus deſtinatum.

tum. Adjungamus autem ipſa Auguſtini verba; ut ex iis, tamquam porrecta luce, antiqui moris notio magis illuſtretur: *Adhuc* (inquit) *non delectabat cum Caritate veſtra de beato Joſeph aliquid loqui; ſed propter pauperes, qui ad opera ſua feſtinant, melius eſt, hoc ut vobis in die craſtino reſervemus.*

Quin certos etiam fuiſſe ac definitos hoſce totius hebomadæ dies, probat ejuſdem Auguſtini locus ex Tractatu 46. in Joannis Evangelium, hoc pacto conſcriptus: *Omnia, quæ hic adhuc diſcutienda arbitror, hodie non diſcutio, ſed iterum vobis in nomine Domini, diebus reddendi Sermonis, eadem lectio recitabitur, & diligentius illo adjuvante tractabitur.* Quid enim hæc ſibi volunt verba (*diebus reddendi Sermonis*)? an non apertiſſime oſtendunt, conſtitutos fuiſſe certos aliquos in hebdomada dies in quibus Conciones de more haberentur? mihi quidem videntur, credo item aliis.

Chryſoſtomus porro, duos omnino fuiſſe huic rei deſtinatos in hebdomada dies, planiſſime demonſtrat, cum in Homil. 24. ad cap. 3. Joannis hæc ſcribit: *Pueri ſingulis diebus ad Magiſtros proficiſcentes & doctrinam accipiunt, & acceptam recitant: numquam vacantes, ut ſcientiæ poſſeſſionem adipiſcantur; interdum noctes diebus jungunt, & ad hoc pro caducis & fluxis rebus ſæpenumero illos exercitis. Nos autem a vobis, qui perfectiori eſſe debemus, non tantum exigimus, quantum vos a libe-*

ris veſtris: non enim ſingulis diebus, ſed duobus tantum, & brevi eorum parte, vos labore levemus, hortamur, ut Orationi noſtræ aures adhibeatis.

Sed peculiares hoſce duos totius hebdomadæ habendis Concionibus deſtinatos dies, quoſnam tamdem putas fuiſſe? Alexandrinos certe in quarta & ſexta Feria conſueviſſe ſuas habere Conciones, Socrate teſte dicimus; apud quem ita in 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro cap. 21. ſcriptum legitur: *Alexandriæ quarta Feria, & ea, quæ dicitur Paraſceve, leguntur Scripturæ, & Doctores eas interpretantur.* Cujus conſuetudinis originem hanc e veſtigio attexit: *Atque hæc quidem eſt vetus apud Alexandrinos conſuetudo: etenim illis diebus conſtant Origenem potiſſimum in Eccleſia docuiſſe.* Eadem, verbis paululum immutatis, referens Nicephorus in Hiſtor. Eccleſ. lib. 12. cap. 34. ſic ſcribit: *Quarta hebdomadis die, & ea, quæ Paraſceve dicitur, Alexandrini Scripturas legebant, Doctoribus eas interpretantibus: atque eam illi antiquitus habuere conſuetudinem. Dicunt etenim, & Origenem plurimum diebus iſtis in Eccleſia docuiſſe.* Ex quibus ſatis conſtat, eſſe hujuſce Alexandrinorum moris initium uſque ab ipſo Origene repetendum. In Cypro autem, & Cæſareæ Cappadocum, Sabbato & Dominico potiſſimum die habitas Conciones, prodiderunt iidem Socrates & Nicephorus. *Cæſareæ Cappadociæ* (inquit ille) *& in Cypro, die Sabbati & Dominico*

ſemper, ſub veſperum accenſis lucernis, Preſbyteri & Epiſcopi Scripturas interpretantur. Nicephorus vero: *In Cypro* (ait) *& Cæſareæ Cappadocum, in Sabbato & Dominico die veſperi poſt lucernarum accenſionem, Epiſcopi & Presbyteri Sacras Scripturas populo exponunt.* Eum autem Chryſoſtomi locum, quem proxime ſupra poſui, de Sabbato ac Dominico item die ſi quis accipiendum exiſtimarit, equidem non ego contra tendam. De Sabbati utique die, tamquam huic rei deſtinato, meminit etiam beatus Auguſtinus in Sermone 43. de verbis Domini in Evangelium Joannis, ſic inquiens: *Suſcepi hæc verba Apoſtoli adjuvante Domino exponere Caritati veſtræ. Vacat nobis, matutina cœpimus, hora prandii non urget; ad iſtum diem, id eſt, Sabbatum, maxime hi aſſolent convenire, qui eſuriunt Verbum Dei.* Exiſtimarim igitur, varias hac in re fuiſſe variarum Eccleſiarum conſuetudines ac obſervationes; quas conſequens deinde tempus vel retinuit, vel immutavit, vel auxit, vel funditus ſuſtulit.

CAPUT XVI.

Singulis ſæpe diebus, in Quadrageſima præſertim, atque in hebdomada Paſchali, veteres concionati Patres.

TRium puerorum (ait Chryſoſtomus in Homilia 5. ad Populum Antiochenum) *& Babylonicæ*

Babylonicæ fornacis enarratio aliquatenus, ut videtur, veſtram heri caritatem conſolata fuit. Et paulo poſt: *Etſi enim heri & nudius tertius de hac vobis locutus ſum materia, neque tamen hodie deſiſtam; neque cras, neque perendie eadem perſuadere. Et quid dico craſtinam, aut tertiam diem? donec vos correctos videam, non abſiſtam. Si enim legem prævaricantes non erubeſcunt, multo magis nos jubentes, ne prævaricemini, admonitione continua confundi non eſt dignum.* In Homilia 6: *Facite igitur quod & heri admonui, & hodie dicam, nec dicens quieſcam.* In Homilia 7: *Multa quidem & de multis heri apud veſtram diſſerui caritatem.* In Homilia 12: *Et heri dixi: Benedictus Deus, & hodie hoc ipſum rurſus dicam.* In Homilia 13: *Ab eodem principio, & iiſdem proœmiis, quibus heri & nudius tertius cœpi; & hodie incipiam.* In Homilia 15: *Et quidem heri cum veſtra caritate conſtitui, quod non amplius de hoc mandato dicam, quoniam omnibus ſuperioribus diebus ſufficienter diſſertum eſt: ſed quid faciam? Donec vos correctos videam, non poſſum abſiſtere propoſito.* Apud Auguſtinum etiam ſub finem Tract. 8. in Joan. ita legitur: *Sunt forte hodie multi, qui propter ſolemnitatem diei, non propter audiendum Sermonem venerunt, craſtino qui venerint, venient audituri,* &c. Plenæ ſunt conſimilibus exemplis ſanctorum Patrum Homiliæ, quibus commemorandis ſuperſedeo. Illud autem ad hanc rem in primis pertinere puto, quod multarum extat mentio in

beato Cryſoſtomo habitarum continuatis deinceps diebus Concionum, multarum etiam in beato Auguſtino. Hæc enim inquit Cryſoſtomus in Homilia 4. ad Populum Antiochenum: *Præſentem per hebdomadam totam de Juramentis vobis dicemus, a faciliori mandato initium facientes.* In ejuſdem Operis Homilia 7: *Sed hic conſolationis Sermonem ſolvamus: etenim quintam diem agimus, veſtram conſolantes caritatem, & jam moleſti videmur.* Rurſus in Homilia 8. *Bene novi, quod huic omnes inhiatis, & quiſque diſcere cupit, qua de cauſſa non ab initio editus eſt hic liber; ſed neque nunc expoſitionis hujus eſſe tempus video. Quid ita tamdem? Ad finem nobis hæc devenit hebdomas, & materiam attingere metuo, deinde ſtatim expoſitionem abrumpere; multorum enim dierum jugis indiget orationis, & continuatæ memoriæ, ideo rurſus ipſam differimus.* Et aliquanto infra: *Sextus hic dies eſt, quod de hoc vos præcepto admoneo; in futurum vobiſcum paciſci volo, tamquam deſiſtens, ut caveatis.* In Homilia demum 12: *Tribus præteritis diebus unum divinæ cognitionis modum quærebamus, ipſumque in finem deduximus, interpretantes, quomodo cœli enarrent gloriam Dei, & quale tamdem ſit Pauli dictum, quod inviſibilia ipſius a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Hodie vero pauliſper in hanc philoſophati materiam, ad alium tranſibimus Sermonem.* Beatus vero Auguſtinus in Præfatione ad Expoſitionem Epiſt. B. Joannis: *Meminit*

Sanctitas

Sanctitas veſtra, Evangelium ſecundum Joannem ex ordine lectionum nos ſolere tractare, ſed quia nunc interpoſita eſt ſolemnitas ſanctorum dierum, quibus certas ex Evangelio lectiones oportet in Eccleſia recitari, quæ ita ſunt annuæ, ut aliæ eſſe non poſſint, ordo ille, quem ſuſceperamus, neceſſitate paululum intermiſſus eſt, non omiſſus. Cum autem cogitarem, quid ſecundum hilaritatem præſentium dierum per hanc hebdomadam vobiſcum de Scripturis agerem, quantum Dominus donare dignatur, quod poſſet in his ſeptem vel octo diebus finiri, occurrit mihi Epiſtola B. Joannis. Et in Tractatu 9. in eamdem Epiſtolam initio: *Interceſſerunt autem, ut omitteremus textum hujus Epiſtolæ, quædam pro diebus feſtis ſolemnia lectionum, quæ non potuerunt niſi legi, & ipſa tractari; nunc ergo ad prætermiſſum ordinem redeamus, & quæ reſtant intente accipiat Caritas veſtra.* Ex quibus manifeſte animo, tamquam oculis, cernimus, Auguſtini Tractatus in Evangelium, & in Epiſtolam Joannis, perpetuis fere diebus habitos fuiſſe; id quod in multis etiam Pſalmorum Enarrationibus animadvertere licet. Atque hæ quidem certiſſimæ ſunt conjecturæ, quibus noſtra nititur ſententia. Verumtamen extant etiam alia graviſſima eorumdem Auctorum teſtimonia, quibus eadem firmiſſime fulcitur. Hinc in ſecunda beati Chryſoſtomi, quæ eſt adverſus Judæos, Oratione emanant illa: *Benedictus Deus, qui vobis tantum audiendi ſpirituales Sermones inſpiravit ardorem.*

dorem. Quemadmodum enim homines vino & potionibus dediti, ſingulo quoque die, ſimul ac ſurrexerunt, obambulant, curioſeque diſquirunt, ubi compotationes agantur, ubi convivia, ubi cœnæ, ubi commeſſationes, ubi temulentiæ, phialæ, crateres, & pocula: ſic & vos quotidie, ſimul atque ſurrexeritis, curioſe perquiritis, ubinam futura ſit exhortatio, ubi ſalubris admonitio, ubi doctrina, ubi ſermo ad ſermonem Chriſti conducens, &c. Et in Homilia 13. in Geneſim, de eodem longe apertius: *Videns veſtrum inexplebile deſiderium, & immodicam aviditatem, mentemque intentiſſimam, nec non omnes ad ſpiritualem hanc doctrinam anhelantes & accelerantes, quamvis valde ſim mei inopiæ mihi conſcius, quotidie tamen inopem & tenuem hanc menſam vobis proponere ſtudeo, confidens, quod flagrantes deſiderio majori promptitudine, qui dicuntur, ſuſcepturi ſitis.* Et in ejuſdem Operis Homilia 37: *Sed oro, ea, quæ dicuntur, auſcultate diligenter. Nam etſi labor noſter, utilitas tamen veſtra, imo communis. Sed quid dico, labor noſter? Donum eſt gratiæ Dei. Cum attentione igitur ſuſcipiamus & nos ea, quæ a Deo donantur, ut hinc lucrifacientes aliquid in animarum ſalutem, inde abeamus. Hanc ob rem quotidie ſpiritualem hanc apponimus menſam, ut admonitione continua, & multa divinarum Scripturarum exercitatione, omnes maligni Dæmonis excludamus inſidias.* Et in Homilia 41: *Cunctabundus hodie, nec admodum alacris ad docendum enarrandumque accedo: nam*

:um mente repeto, quod nobis quotidie inſonantibus, ıdmonentibus, & ſpirituale hoc vobis convivium ıpponentibus, multis ex his ipſis, qui adſunt, & ſpiritualis hujus doctrinæ, & horrendæ atque terribilis menſæ participes, totos dies in ſpectandis ludis :queſtribus perdunt, & proinde atque non docere-mus, tam nihil proficiunt. Et in Homilia 54: *Ea enim de cauſa quotidie vobis concionamur, ut ıliquid lucrifaciatis, & virtutes veſtræ creſcant, & nos lætemur videntes veſtrum profectum.* Eodem modo alibi etiam ſæpius; quæ quod opus non :rat adſcribere, idcirco ea conſulto prætermiſi. Auguſtinus etiam hoc idem, paucis quidem, ſed aperte tamen, exprimit in Homilia 42. libri quinquaginta Homiliarum, ſic ſcribens: *Et Verbum Dei, quod qnotidie nobis verbis aperitur, & quodammodo frangitur, panis quotidianus eſt. Et quomodo illum panem ventres, ſic iſtum eſuriunt mentes*, &c. Et in Sermone 135. de Tempore: *Et Verbum Dei, quod quotidie prædicatur, panis :ſt; non enim quia non eſt panis ventris, ideo non :ſt panis mentis.*

Atque hæc quidem vere exiſtimamus. Si quis :amen hoc idem dicat de Quadrageſimæ potiſſimum ac Paſchalis hebdomadæ tempore, recte :x veterum Patrum ſententia dixerit. Ac de Quadrageſima indicio eſt Chryſoſtomi locus in Homilia 11. in Geneſim: *Non hoc ſolum exquiritur, Cariſſimi, ut per ſingulos dies huc conveniamus, & de iiſdem audiamus continue, & totam*

jejunemus

jejunemus Quadrageſimam. Si nihil enim ex eo quod huc aſſidue convenimus & admonemur, & ex jejunii tempore lucrari deberemus, hæc non modo nihil nobis prodeſſent, verum & majoris occaſio damnationis fierent nobis, &c. Quibus hæc aliquanto infra ſubjiciuntur: *Niſi hos ſuperemus morbos, & alios in nobis naſcentes, per ſingulos dies huc convenientes, & continuæ vacantes auditioni, tantamque conſequentes doctrinam, & a jejunio ſubſidium habentes, quæ nobis erit venia? quæ excuſatio? Dic enim quæſo, ſi tuum videas filium quotidie ſcholam petentem, & tempore progreſſo nihil amplius inde lucrantem, numquid patienter feres?* &c. *Idem & hic fieri juſtum eſt. Nos enim quodammodo a divina ſumus gratia conſtituti, quaſi ſpirituales filios ad hanc ſcholam quotidie vocantes, ſalutarem vobis doctrinam apponimus, non quæ veniunt ex propria mente loquentes, ſed documenta nobis a Domino per divinas donata Scripturas in medium proponentes, & hæc prædicantes. Itaque, ſi nobis omne ſtudium & ſedulitatem exhibentibus, & quotidie vos ad virtutis ducentibus ſemitam*, &c. In Homilia etiam 4: *Videns ego*, (ait) *Dilecti, alacrem & quotidianum veſtrum in hoc templo conventum, magnam percipio voluptatem, miſericordemque Deum in profectu veſtro glorificare non ceſſo.* De ipſo autem Quadrageſimæ tempore locutum hoc loco Chryſoſtomum, ex iis, quæ ſub ejuſdem Homiliæ finem habentur, perſpicue liquet: inquit enim: *Age, obſecramus vos, ut ſi per quod aliud,*

ud, maxime per jejunii tempus magnam bene *endi curam geratis; nec fiat vobis Sermo faſti-* *ſus, ſi quotidie loquamur.*

In Paſchali autem hebdomada ſingulis etiam bus concionatos priſcos Patres ex Præfatione actatuum Gaudentii Brixienſis Epiſcopi ad nevolum verba hæc plane declarant: *Commu-* *voti fuerat, ut ea, quæ divinis eloquiis per Pa-* *ales dies proximæ præteritos explanavi, coram* *uiſſes audire.* Sed illa manifeſtius, quæ non lto poſt ſubjiciuntur: *Ex ingenti ægritudine* *m nunc adhuc corpus invalidum, ne ſupra dictæ* *ivitati* (Paſchatis) *intereſſes, inhibuit, unde* *ementer dolebas, omnino fraudem tibi ſpiritua-* *n bonorum reputans peccatis urgentibus irroga-* *; ac propterea veluti ſingulare quoddam diſpen-* *memorati remedium, magnopere exegiſti, ut* *berem, quid in unaquaque die illius ſacratiſſi-* *hebdomadis ſanctæ Fraternitati a me expoſitum* *niniſſem.* Probatur hoc idem ex verbis Chry- omi in Homilia 33. in Geneſim hæc ſcriben-: *Illuceſcente Reſurrectionis die, neceſſarium* *t, ut de Reſurrectione Domini Caritatem veſtram* *eremus. Et ſequentibus diebus propter miracula,* *tunc facta ſunt, Reſurrectionis demonſtratio* *um afferenda erat: in quibus etiam in manus* *epimus Apoſtolorum Acta, inde vobis continua* *ponentes convivia, & crebris quotidianiſque ad-* *itionibus eos, qui nuper baptiſmi gratiam acce-* *ant, exhortantes,* &c.

CA-

CAPUT XVII.

In eadem Eccleſia plures nonnumquam in una die habiti a diverſis Concionatoribus Sermones.

ANtiqui certe Patres, quibus neque ſtudium, neque ſedulitas umquam defuit, ſummam ſemper operam in eo poſuere, ut, quantum poſſent, commiſſo ſibi populo prodeſſent. Hujus autem voti ſe maxime compotes vel ipſa Concionum frequentia fieri poſſe exiſtimabant. Eam ob cauſam plures in eadem Eccleſia legimus habitos una die, ſive a diverſis, ſive ab eodem Concionatore Sermones. Quæ duo ordine ſuo patefaciam, A diverſis igitur plures nonnumquam una die habitas in eadem Eccleſia Conciones, ex Apoſtolicarum Conſtitutionum Auctore in lib. 2. cap. 57. cognoſcitur, quo in loco poſt publicas Presbyterorum exhortationes ipſi etiam concionandum Epiſcopo narrat: *In medio* (ait) *Lectus ex edito loco legat*, &c. *Deinde hortentur populum Presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernatori navis*. Atque ex Gaudentii Brixienſis Tractatu 14. ita ſcribentis de beato Ambroſio, qui proxime poſt ipſum verba erat ad populum facturus: *Obſecro communem Patrem Am-*

Ambroſium, ut poſt exiguum rorem Sermonis mei ipſe irriget corda veſtra divinarum Myſteriis literarum. Loquetur enim Spiritu Sancto, quo plenus eſt, & flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, & tamquam Petri Apoſtoli ſucceſſor, ipſe erit os universorum circumſtantium Sacerdotum. Chryſoſtomi etiam verbis, quibus primæ ſuæ de Pœnitentia Homiliæ finem ob id imponendum ſignificat, quod Præſulis mox concionaturi vocem cuperet audire, quæ dixi de pluribus a diverſis una interdum die habitis in eadem Eccleſia Sermonibus, facile confirmarim. *Reſtant* (inquit) *plura, ſed hæc ſobriis ad correctionem ſufficiant: quare neceſſe Orationem ſupprimere, nam cupio Patris audire vocem: quoniam ipſi quidem paſtoralis pueri calamo ſibilamus, veluti ſub quercu aut fago quadam ad umbram ſatorum horum ſedentes, hic autem veluti Muſicus optimus auream citharam modulatus, ſonorum conſonantia univerſum excitat theatrum; & hujus non ictuum ſoni, ſed conſonantia verborum, conſonantia operum, plurimam nobis adfert utilitatem.* Apud eumdem; in Homilia quoque de Nativitate Domini ad ſecundum Lucæ caput, in hanc rem ita ſcriptum videas: *Obliti ſumus propoſitum noſtrum; plus diximus, quam cogitaveramus; aliud mens diſputavit, ad aliud lingua prolapſa eſt. Præparemus igitur aures noſtras Pontifici, & quidquid a nobis minus dictum eſt, intentis auribus audiamus*, &c. Et in Oratione de beato Philogonio: *Verum*

ad

ad aliam neceſſariam materiam nobis feſtinat Oratio; ideoque communi Patri, beatique Philogonii ſectatori hæc dicenda relinquentes, ut qui melius nobis teneat quidquid eſt antiquatum. Et in Homilia 2. de verbis Iſaiæ: *Eoque doctrinæ Sermonis ſilentii tempus præfinitum eſt, ut neque nos ipſos detorquamus verborum multitudine, neque vos delaſſemus. Atque hæc tempora novit Salomon, dicens, Tempus tacendi, tempus loquendi. Sit igitur nobis tempus tacendi, quo detur & Præceptori tempus loquendi: nam quæ nos afferimus, ſimilia ſunt vino, quod recens e lacu hauſtum eſt; quæ vero dicuntur ab illo, ſimilia ſunt vino, quod, quoniam vetuſtatem ſenioumque collegit, multam adfert tum utilitatem, tum vim, iis, qui opus habent: nobiſque accidit illud Evangelii, Poſt deterius vinum, id, quod melius eſt, infertur*, &c. Et in ejuſdem Operis Homilia 3: *Sed in præſentia de Martyribus Sermonem reſervemus Martyrum æmulatori, mihique vobiſcum communi Doctori: ipſi nunc de Ozia diſſeremus, jampridem debitum æs alienum dinumerantes*, &c. Et in extrema ejuſdem Homiliæ parte de eadem re longe manifeſtius: *Hæc ſervantes redeamus domum; quin potius hæc ſervantes excipiamus perfectiorem Doctoris exhortationem. Nam noſtra quidem, qualiacumque ſunt, habent juventutis oſtentationem; hujus autem, qualiacumque fuerint, majore prudentia ſunt ornata. Ac noſtra quidem ſimilia ſunt torrenti, qui cum ſtrepitu fertur; illius autem Oratio ſimilis eſt fonti magno tran-*

tranquillitate fluvios effundensi, qui olei magis quam aquarum curſum imitentur. Excipiamus igitur ea fluenta, &c. Atque hoc idem plane oſtendiſſe videtur Gregorius Nyſſenus, cum in Oratione de ſua Ordinatione hæc ait: *Ne igitur longius vobis, Fratres, Sermonis exordium protrahamus: cum mirificis eorum, qui ante nos dixerunt, Orationibus operam dederitis, jam ſaturati eſtis, jam divites facti eſtis; a rebus quippe dulcibus ſatietas gignitur, quibus nimirum vos abunde præcedens Tractatus enutrivit. Itaque jam nihil aliud fortaſſe agetur, quam ut ſatietas ſatietati adjiciatur, ac veluti poſt aures Sermones memoriam veſtram plumbeis numiſmatibus oneremus*, &c. Sed hæc nimium multa: ex quibus tamen, plures una interdum die habitas a diverſis in eadem Eccleſia Conciones, manifeſtum eſt.

CAPUT XVIII.

Ab eodem etiam Concionatore plures in una die habiti aliquando Sermones.

UT autem illud certum eſt, ſic & hoc minime dubium. Etenim beatum Gaudentium bis in eadem Paſchatis Vigilia verba feciſſe ad populum, oſtendit locus hic ex Tractatu 4: *Carnalem Judaicæ Paſchæ obſervantiam, ſpiri-*

tualibus typis refertam; trino jam Tractatu docuimus; ſemel heſterno die, & bis in Vigiliis allocuti ſumus. Nunc ſecundum ſolitum ſermonem habemus cum Caritate veſtra. In 5. etiam Tractatu, cum ſecundæ Concionis in una eademque Vigiliarum nocte habitæ meminerit idem Gaudentius, id, quod dicimus, aperte ſignificavit: *Ordinem* (inquit) *lectionis Exodi, ubi lex celebrandi Paſchæ deſcribitur, idcirco præpoſteravimus, ut Myſteriis reſerandis debitæ reverentiæ ordinem teneremus; quia oportebat in illa ſplendidiſſima nocte Vigiliarum, ſecundo Tractatu non dictorum ſequentia, ſed congrua Neophytis explanari.* De quo ſi aliquis adhuc dubitet, lecta Auguſtini altera in Pſalmum 86. Concione, is, opinor, dubitare deſinet; eam enim ita exorditur: *Ad reliqua Pſalmi, de quo in matutino locuti ſumus, animum intendite.* Primam autem terminat in hunc modum: *Quod reſtat, ſi placet, ſervemus, quia longus eſt Pſalmus, & adhuc vobiſcum aliquid in nomine Chriſti ſumus acturi. Reficite vires, non dico animi veſtri, nam video, quod animo infatigabiles eſtis, reficimini, ac refecti a cibis redite.* Ex quibus Auguſtini verbis, hanc Sermonum frequentiam tunc potiſſimum haberi conſueviſſe, cum aliquis Scripturæ Sacræ Liber ordine ad populum continuatis Concionibus exponendus ſuſcipiebatur, licet conjici: quod quidem hoc pacto factum exiſtimo. Recitabatur a Lectore ea Scripturæ Sacræ pars, quæ erat ad populum in Concione explicanda, mox eam Tractator verbis ad Auditorum captum

tum & utilitatem accomodatis interpretabatur: Beatus Auguſtinus primam Pſalmi 39. partem populo expoſiturus: *Hucuſque* (inquit) *Pſalmus lectus eſt hodie, hucuſque tractandus eſt.* Ut jam ſatis conſtet, partiri conſueviſſe Patres Sacræ Scripturæ recitationem, prout ipſa mox futuræ Concio magis poſtulare videbatur: quod tamen de voluntariis, non de proprtiis certorum temporum ac dierum lectionibus accipiendum eſt: de his enim nihil omnino immutare ſolitos Patres, jam ſupra monuimus.

CAPUT XIX.

Qua potiſſimum diei hora, ſive parte, habitæ fuerint in veteri Eccleſia Conciones: Matutina tempora huic rei aliquando deſtinata.

HActenus igitur, qui fuerint olim habendis Concionibus deſtinati dies, tum quoties in iis aliquando a Patribus facta ad populum verba, ſatis dictum eſt. Nunc, qua potiſſimum diei hora, ſive parte, habitæ fuerint antiquitus Conciones, ſi oſtenderimus, nobis Opus erit Perfectum: omnia enim, quæcumque a principio inſtituimus, perducta erunt ad exitum & abſoluta.

Matutina itaque tempora (ut a prima diei parte ordiar prius) habendis Concionibus fuiſſe

a priſcis Patribus interdum conſtituta, Auguſtini ex Sermone 43. de verbis Domini in Evangelium ſecundum Joannem locus apertiſſime docet, in quo ſic eſt: *Suſcepi hæc verba Apoſtoli, adjuvante Domino, exponere veſtræ Caritati. Vacat nobis, matutina cœpimus, hora prandii non urget, &c.* Et alter ejuſdem Auguſtini locus ex Concione 2. in Pſalmum 88. in hæc verba plane conſcriptus: *Ad reliqua Pſalmi, de quo in matutino loqui ſumus, animum intendite.* Id ipſum etiam ab eodem Auguſtino ſignificari arbitror, cum in Sermone 9. de Tempore inquit: *In lectione; quæ nobis ad Miſſas legenda eſt, Fratres cariſſimi, audituri ſumus, quod filii Iſraël*, &c. Tempus enim, quod eſt ante Miſſam, vere poteſt dici matutinum. Quin autem huc quoque pertineant illa ejuſdem Auguſtini verba, quæ in prima ad eundem Pſalm. 88. Concione ita leguntur: *Quod reſtat, ſi placet, ſervemus; quia longus eſt Pſalmus, & adhuc vobiſcum aliqui in nomine Chriſti ſumus acturi. Reficite vires, non dico animi veſtri, nam video, quod animo infatigabiles eſtis; reficimini, & refecti a cibis redite.* Dubitari minime debet, cum ſit hæc illa ipſa omnino Concio, quam ſe in matutino habuiſſe adfirmat Auguſtinus in mox citata prima ad Pſalmum 88. Concione.

CA-

CAPUT XX.

Inter ipſa miſſarum ſolemnia, proxime poſt Evangelii recitationem, habitæ olim ut plurimum Conciones.

HOc adeo colligere fum viſus, cum ex aliis, quæ non multo poſt adferam, veterum Patrum teſtimoniis, tum maxime ex Apoſtolicarum Conſtitutionum Auctore in lib. 2. cap. 57. & in libro 8. cap. 5. & ex ſecundo Juſtini Martyris pro Chriſtianis Apologia: quibus in locis univerſum ſolemnis primorum Chriſtianorum Miſſæ ſacrificii ritum ac ordinem perſtrigentes hi duo ſanctiſſimi atque doctiſſimi Theologi, ipſam tum Presbyterorum, tum Epiſcopi Concionem, proxime poſt Evangelii lectionem ſtatuunt: illius verba ſunt hæc ex libro 2: *Alius quiſpiam Pſalmus David canat*, (ecce Pſalmorum cantum Miſſæ ſacrificio de more tunc temporis præmitti ſolitum, cui deinde ſucceſſere Matutinum, Laudes, & Horæ Canonicæ) *deinde Acta noſtra legantur, item Epiſtolæ Pauli adjutoris noſtri, quas Eccleſiis miſit Spiritus Sancti inſtinctu dictatas: poſtea Diaconus, aut Præsbyter Evangelia legat. Deinde hortentur populum Præsbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernatori navis. Deinde cuncti*

pariter conſurgentes, & in orientem ſpectantes; egreſſis Catechumenis & Pœnitentibus, precentur Deum; Diacono autem poſt precationem alii oblationi Euchariſtiæ operam dent, &c. In libro autem 8. cap. 5: *Poſt lectionem* (inquit) *Legis, & Prophetarum, & Epiſtolarum noſtrarum, & Actorum, atque Evangeliorum, ſalutet Eccleſiam Ordinatus, dicens, Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Caritas Dei Patris, & Communicatio Spiritus Sancti cum omnibus vobis; & omnes reſpondeant, Et cum Spiritu tuo; & poſt ſalutationem alloquantur populum Sermone hortatorio: quo Sermone habito ad docendum ſtatuo ego Andreas frater Petri, ut conſurgentibus edicat Diaconus ex loco alto, ne quis adſit Audientium, ne quis Infidelium.* Ipſa ſimiliter Juſtini Martyris verba (ſi quemadmodum oportet expendantur) & eoſdem Miſſæ ritus manifeſte ſatis declarant, & noſtram valde confirmant ſententiam; ſic enim ille citato nuperrime loco ſcriptum reliquit: *In omnibus, quas offerimus, oblationibus, benedicendo laudamus factorem omnium per Filium ejus Jeſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum. Et Solis, qui dicitur, die, omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conventus ſit: & Commentaria Apoſtolorum, aut Scripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur; deinde Lectore quieſcente, Præſidens Orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulcrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus;*

idimus; & precibus peractis panis offertur, & vi-
m, & aqua, &c. Hactenus Juſtinus, qui dum
, (*benedicendo laudamus factorem omnium*, &c.)
ilmorum certe cantum haud obſcure indicavit:
m vero ſubdit, (*Commentaria Apoſtolorum, aut*
ripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur)
ſignat Epiſtolarum Pauli ac Evangelii lectio-
m ſolitam in Miſſa pronunciari. Adjiciens au-
n, (*Lectore quieſcente, Præſidens Orationem, quæ*
pulum inſtruit, & ad imitationem tam pulcrarum
rum cohortatur, habet) omnino ſignificat, ſta-
n poſt Scripturæ Sacræ lectiones ipſam haberi
nſueviſſe Concionem. Iſtud idem, ſi quid ju-
:o, Tertulliani etiam auctoritate firmari mi-
m in modum arbitramur; cujus ex lib. de ani-
a cap. 9. iſta ſunt, eorum multa compendioſe
rrantis, quæ in Miſſæ ſacrificio de more per-
i ſolebant. *Eſt hodie ſoror apud nos revelatio-*
m, chariſmata ſortita; quas in Eccleſia inter Do-
nica ſolemnia per ecſtaſim in ſpiritu patitur, con-
rſatur cum Angelis, aliquando etiam cum Domi-
, & videt & audit Sacramenta, & quorundam
da dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmit-
: jam vero prout Scripturæ leguntur, aut Pſal-
canuntur, aut Adlocutiones proferuntur, aut Pe-
ones delegantur, ita inde materia viſionibus ſub-
niſtrantur, forte neſcio quid de anima diſſerueras
s, cum ea ſoror in ſpiritu eſſet. Poſt tranſacta
emnia, dimiſſa plebe, quo uſu ſolet nobis renun-
re, quæ viderit, &c. Ubi Adlocutiones nihil

Alexandrino, Chryſologo, Leone, Cæſario Arelatenſi, Gregorio Magno, & a vetuſtis quibuſcumque Patribus alii, quorum ad nos Conciones pervenere.

Dum hæc ſcrutamur, ad veritatem prope acceſſimus: eaque manifeſtius aliquanto, quam adhuc factum ſit, debet patefieri. Catechumenorum igitur dimiſſio mox habita Concione fieri olim conſuevit. Oſtendit hoc citatus aliam in rem Apoſtolicarum Conſtitutionum Auctoris locus ex lib. 2. cap. 57, in quo hæc plane ſcripta ſunt: *Hortentur populum Presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus omnium Epiſcopus*, &c. Subjungit autem: *Deinde & cuncti pariter conſurgentes, & in orientem ſpectantes, egreſſi Catechumenis & Pœnitentibus, precentur Deum: Diaconi autem poſt precationem alii operationi Euchariſtiæ operam dent*, &c. Id ipſum ab Ambroſio ſignificari arbitror, cum ad Marcellinam Sororem ſcribens in Epiſtola 13. inquit: *Sequenti die*, (erat autem Dominica) *poſt Lectiones atque Tractatum, dimiſſis Catechumenis, Symbolum aliquibus competentibus in Baptiſterii tradebam baſilica. Illic renunciatum eſt mihi, quod ad Portianam baſilicam de palatio Decanos miſiſſent, & vela ſuſpenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen manſi in munere. Miſſam* (Fidelium nimirum) *facere cœpi. Dum offero, raptum cognovi a populo Caſtulum quemdam*, &c. Cognoſcitur etiam hoc idem ex verbis Auguſtini manifeſtius, in Ser-

mone

quod Dominus fuerit donare dignatus. Sed lectionum omnis Auditor, quod recentius lectum eſt, magis meminit, & ſi, ut inde aliquid a Tractatore verbi dicatur, expectat. Cum ergo in ultimum ſit Sanctum Evangelium recitatum, non dubito expectare Caritatem veſtram, ut de conductis ac demercede denarii aliquid audiatis. Rurſus de verbis Domini ſecundum Lucam Serm. 33: *Lectiones ſanctæ propoſitæ ſunt, & quas audiamus, & de quibus aliquid Sermonis, adjuvante Domino, proferamus. In lectione Apoſtolica gratia aguntur Deo de fide gentium, utique ideo, quia ipſe fecit. In Pſalmo diximus*, Deus virtutum converte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus; *in Evangelio ad cœnam vocati ſumus, immo alii vocati, nos non vocati, ſed ducti; non ſolum ducti, ſed etiam coacti*, &c. Et in Serm. 49. de Tempore: *Divinæ lectiones omnes ita ſibi connectuntur, tamquam una ſit lectio, quia omnes ex uno ore procedunt. Audivimus Apoſtolicam lectionem, & forte aliquem moveat, quod ibi ſcriptum eſt*, ſecundum juſtitiam, quæ ex Lege eſt, *qui fuerim ſine querela. Audi Pſalmum interiora dicentem, Tibi ſoli peccavi. Audiſtis & Evangelium iſtis lectionibus concordare, Voluntas, inquit, Patris eſt, ut quæ dedit mihi non pereant*, &c. Sed nolo ipſa omnia, vel ejuſdem Auguſtini, vel aliorum Patrum in rem iſtam teſtimonia proferre, ſatis erit admonere, id ipſum paſſim factitatum ab Origene, Hilario, Ambroſio, Gaudentio, Chryſoſtomo, Cyrillo

Alex-

habebatur, vel recitabatur Symbolum) proxime poſt Evangelii lectionem canebatur; ex hoc plane ſequi neceſſe eſt, ipſas quoque Concionēs fuiſſe inter Miſſarum ſolemnia, proxime poſt Evangelii recitationem, habitas.

Et quamvis hæc noſtra ſententia jam ſatis ſuperque; ut ego quidem arbitror, ſit confirmata; commodum tamen facturus videor, ſi eam adhuc aliis veterum Patrum teſtimoniis illuſtravero. Beatus igitur Auguſtinus Tractatu 9. in Joannis Epiſtolam ita pronunciavit. *Interceſſerunt autem, ut intermitteremus textum hujus Epiſtolæ, quadam pro diebus feſtis ſolemnia lectionum, quæ non potuerunt niſi legi, & ipſa tractari.* Iſta enim (*ſolemnia lectionum non potuerunt niſi legi, & ipſa tractari*) de Concione poſt recitatum Evangelium mox habita, vix eſt, ut accipienda eſſe quiſquam dubitet. Illud item, quod habet Leo Pontifex hujus nominis primus in Sermone 2. de Reſurrectione Domini, huc pertinere, ſi modo locum inſpexerit, per ſe quiſque penitus intelliget: ait enim: *Notum quidem, Dilectiſſimi, Paſcale Sacramentum Evangelica nobis narratio præſentavit, &c. ſed adjiciendum eſt etiam noſtri Sermonis officium, ut ſicut pia expectatione depoſcere vos conſuetudinis debitum ſentio, ita ſolemnitati ſacratiſſimæ lectionis ſubjungatur exhortatio Sacerdotis.* Eſt & qui ad hanc rem pertineat in ſanctæ Pelagiæ Vita cap. 6. locus, in hæc verba conſcriptus: *Poſt lectionem Sancti Evangelii idem Epiſcopus civitatis*

civitatis (Antiochiæ), *porrigens Sanctum Evangelium beatiſſimo Nonno* (Epiſcopo), *hortabatur eum, ut verba faceret ad populum: qui aperiens os ſuum loquebatur ſapientiam Dei, quæ habitabat in eo; quoniam nihil compoſitionis, aut philoſophiæ, aut indiſcretum alloquebatur, nihil in ſe habens humanæ naturæ ſuperfluum; ſed repletus Spiritu Sancto arguebat & commonebat plebem, ſinceriſſime loquens de futuro judicio*, &c. Sed & Valentinæ Synodi in Hiſpania Canone primo de hac eadem re ita Patres caverunt: *Antiquos Canones relegentes, inter cetera hoc cenſuimus obſervandum, ut ſancta Evangelia ante munerum oblationem in Miſſa Catechumenorum in ordine lectionum poſt Apoſtolum legantur; quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel Sermonem Sacerdotis* (ecce Concionem ſtatim poſt lectum Evangelium) *non ſolum Fideles, ſed etiam Catechumeni, & Pœnitentes, & omnes, qui ex adverſo ſunt, audire licitum habeant: ſic enim Pontificum prædicatione audita nonnullos ad fidem attractos evidenter ſcimus.* De re eadem in Concilio Aurelianenſi Canone 3. ſic eſt, prout illum referunt nobis Burchardus libro 2. cap. 70. & Ivo parte 2. cap. 120: *Oportet, ut in diebus Dominicis vel feſtis, poſt Sermonem intra Miſſarum ſolemnia habitum ad plebem, Sacerdos admoneat*, &c. Iſtud idem inſuper beati Gregorii Magni teſtimonio confirmari poſſe admoneo, qui in Prologo ad librum quadraginta Homiliarum in Evangelia,

Secun-

Secundino ſcribens, has omnes Homilias inter ſacra Miſſarum ſolemnia a ſe habitas, utique poſt Evangelii recitationem, in hæc omnino verba refert: *Inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ex his, quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent, Sancti Evangelii quadraginta lectiones expoſui, & quarumdam quidem dictata expoſitio aſſistenti plebi eſt per Notarium recitata, quarumdam vero explanationem coram populo ipſe locutus ſum.* Illud autem hujus moris longe pulcherrimum atque illuſtre arbitror beati Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi teſtimonium, quod, etſi alibi relatum, in eruditorum tamen gratiam non gravabor iterum hoc loco appingere: *Rogo vos*, (inquit in Homil. 12.) *Fratres cariſſimi, & paterna pietate commoneo, ut, quoties aut in die Dominico, aut aliis majoribus feſtivitatibus Miſſæ fiunt, nullus de Eccleſia diſcedat, donec divina Myſteria compleantur. Et quamvis multi ſint, de quorum fide & devotione gaudeamus; ſunt tamen plures, minus de ſalute ſuæ animæ cogitantes, qui lectis divinis lectionibus (cum ipſa eſſet nimirum Concio habenda) ſtatim de Eccleſia foras exeunt. Unde rogo vos, Fratres, ut humilitatis noſtræ ſuggeſtionem non ſolum patienter, ſed etiam libenter accipiatis.*

CA-

CAPUT XXI. & ULTIMUM.

Pomeridiana etiam, ea nimirum, quæ sunt post prandium, tempora, fuerunt antiquitus habendis Concionibus non raro destinata.

SUpereſt hoc quoque præter cetera, in quod conſideratio propter utilitatem intendatur: quo quidem perfecto, tertius hic Liber, atque adeo Opus totum, apte, meo judicio, claudetur. Id vero eſt, ut poſt prandium etiam habitas olim nonnumquam Conciones demonſtremus. Abundant teſtimoniis veterum Patrum Homiliæ, ex quibus hæc illuſtria maxime, ex iiſdem dumtaxat Auguſtino & Chryſoſtomo, ſupponentur. Eſt igitur locus apud Auguſtinum in prima ad 88. Pſalmum Concione, qui ea, quæ dico, ſic approbet: *Quod reſtat, ſi placet, ſervemus: quia longus eſt Pſalmus, & adhuc vobiſcum aliquid in nomine Chriſti ſumus acturi. Reficite vires, non dico animi veſtri, nam video, quod animo infaſtigabiles eſtis: reficimini, & refecti a cibis redite.* Hic profecto aperte admodum Auguſtinus & ſine circuitione ulla hortatur Auditores, ut poſt captum cibum redeant ad audiendum, quæ ex eo Pſalmo reſtabant explicanda: quam autem hoc loco pollicetur Auguſtinus

Con-

Concionem, eam revera fuiſſe eodem die ab ipſo poſt prandium habitam, plane omnino declarat principium, a quo alteram in eum Pſalmum exorditur Concionem, ait enim: *Ad reliqua Pſalmi, de quo in matutino loquuti ſumus, animum intendite.* A Chryſoſtomo porro hac de re eſt in Homilia 10. in Geneſim his ipſis verbis ſcriptum: *Quidnam ſibi vult, quod minor eſt hodie veſter conventus, & infrequens theatrum eſt vestrum, qui ad nos confluunt? Fortaſſis aliqui erubuerunt, poſt carnalem menſam ad ſpirituale hoc venire convivium, & hac ipſis eſt abſentiæ cauſa. Sed audiant ſapientem quendam dicentem, Eſt confuſio, quæ inducit peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Non eſt confuſione dignum, qui corporalis menſæ particeps fuit, quod veniat ad ſpirituale convivium, non enim ut humanæ res, ita & ſpirituales ad definita tempora diſtinctæ ſunt. Sermoni enim ſpirituali omne diei tempus idoneum fuerit. Et quid dico diei tempus? Neque, ſi nox ingruat, ſpiritualem doctrinam impendit. Propterea & Timotheo dicebat Paulus, ſcribens: Inſta tempeſtive, intempeſtive, argue, increpa, obſecra. Et iterum audi beatum Lucam dicentem: Diſceſſurus craſtino Paulus a Troade, diſſerebat eis, & Sermonem produxit uſque ad mediam noctem. Numquid tempus obfuit, dic quaſo? num propterea doctrinæ Sermo impeditus? Sobrius auditor etiam prandium ſpirituali conventu dignus eſt.* Et ſtatim:

Non

Non enim turpe fuerit, eum, qui cibum antea accepit, adesse ſpirituali Sermoni, ſed ignavo animo adesse, & ab affectionibus vexari, & carnis illecebras non comprimere. Et paulo poſt: *Fratres quoque noſtros, quotquot ob corporis valetudinem jejunare nequeunt, exhortemini, ne propterea ſpiritualem hanc menſam relinquant, & ad illos referte, quæ a nobis didiceritis; docentes, quod mediocriter pranſus non indignus ſit hoc auditorio, ſed deſes & diſſolutus.* Et deinde: *Hæc omnia fratribus veſtris dicite, & perſuadete, ne unquam ſpirituali hoc alimento ſe privent; ſed, etſi pranſi ſint, veniant omni cum alacritate, ut accepta hic ſpirituali doctrina diabolicis inſidiis fortiter reſiſtere poſſint.* Hæc Chryſoſtomus, cujus locum, etſi multum verborum continet, tamen, quia rem noſtram apertiſſime exprimit, deſcribere totum non alienum duximus. In eo autem perſpicue apparet, ad illos maxime verba fieri, quos pudebat quodammodo poſt cibum in Concionibus adeſſe. In Homilia prima de Lazaro invectus idem Chryſoſtomus in eos, qui conſuetudinem concionandi poſt cibum tamquam novam improbabant: *A mensa* (inquit) *non ad lectum, ſed ad deprecationem vertamur, ne brutis animantibus ſimus magis bruti. Novi fore multos, qui damnent ea, quæ nunc dicuntur, veluti qui novam quamdam & miram conſuetudinem invehamus concionandi: at ego magis damnabo pravam conſuetudinem, quæ*

tudinem accepiſſet convivio in deſerto, no
illos ad lectum, aut ſomnum, ſed ad
Sermones divinos invitavit: non enim
rat illorum ventres, neque ad ebrieta
pulerat, verum ubi ſaturaſſet illos
exigebat neceſſitas, ad ſpiritualem ada
moniam. Itidem nos quoque faciamus
modo conſueſcamus capere cibum. Do
idem Homil. IV. ad Popul. Antioch. t
nullos reprehendens, qui tamquam
tioſum quid conceperant, divinos po
in Eccleſia Sermones audire, hæc pl
bit: *Qui corporalem tetigit menſam,*
eſſe putavit, poſt corporis nutrimentum a
rum auditionem eloquiorum venire. Sed
in hoc ſentit; neque enim, ſi hoc eſſet al
multos & longos impendiſſet Sermones
poſt illam myſticam cœnam. Non utiqu
incongruum eſſet, refecta ſæpius in deſe
titudine, etiam Sermonem ipſis poſt meni

tus multum geres ſobrietatis curam, &c. In ejuſdem autem Operis Homil. 10. illuſtri laude celebrans eos, qui poſt cibum ad audiendum Sermonem convenerant, ritum hunc noſtrum eleganter expreſſit. *Gaudeo* (inquit) *& gratulor omnibus vobis, quod admonitionem noſtram, quam pro non jejunantibus, & propterea abſentibus nuper feci, re præſtitiſtis. Arbitror enim multos jam pranſos hodie adeſſe, & pulcram hanc nobis implere Concionem; & hoc conjicio, eo quod magis amplum nobis theatrum factum ſit, & major audientium conventus. Non fruſtra; ut videtur, multos de ipſis Sermones ſuper impendimus, veſtram exhortantes Caritatem ipſos ad matrem trahere, & perſuadere, quod licet etiam poſt corporis nutrimentum ſpiritualis eſcæ participatione non fraudari*, &c. Si quis tamdem Chryſoſtomi Homiliam perlegat, perſpicuam adeo hujus conſuetudinis veritatem perſpiciet, nullus ut dubitationi locus relinqui videatur: ſunt enim hæc ipſa illius: *Quando quæſo vos, Dilecti, melius feciſtis? an præterita Synaxi, quando poſt menſam ad ſomnum convertebamini? an nunc, cum poſt menſam ad divinas leges audiendas convenitis? Quando in foro commorabamini, & conſeſſuum nihil boni habentium participes eratis? an nunc, quando cum fratribus veſtris ſtetiſtis, & prophetica audiſtis Sermones?*

Atque in hoc quidem Chryſoſtomi teſtimonio ſcribendi labore acquieſcendum. Omnia enim,

quæcumque de Sacrarum Eccleſiæ Catholicæ Concionum Ritibus initio tractanda propoſuimus, pro eo quantum in nobis fuit, perducta ſunt ad exitum & abſoluta.

LOCA

LOCA S. SCRIPTURÆ

IN HOC

OPERE CITATA:

Ex V. Teſtamento.

Gen. cap. 1. p. 359.
Exod. cap. 38. pag. 255.
Levit. cap. 23. pag. 109.
Deuter. cap. 16. pag. 109.
II Paralip. cap. 7. pag. 109.
Pſalm. 38. pag. 3.
Proverb. cap. 1. & 8. pag. 324.
Jerem. cap. 17. pag. 323.
Amos. cap. 5. pag. 323.

Ex Libris Apocryphis.

II Eſdr. cap. 8. pag. 50. 221. 222. 325.
III Eſdr. cap. 9. pag. 221. 222. 223.
I Macchab. cap. 3. pag. 255.

Ex N. Teſtamento.

Matth. cap. 5. pag. 224. cap. 10. pag. 324. cap. 22. pag. 324. cap. 23. pag. 223. 318. cap. 26. pag. 224. cap. 28. pag. 162. 359.
Marc. cap. 16. pag. 162. 359.

INDEX

Luc. cap. 2. pag. 224. 338. cap. 4. pag. 63. 67. 224. cap. 5. pag. 224. cap. 14. pag. 324. cap. 18. pag. 359. cap. 22. pag. 318. cap. 24. pag. 62. 359.

Joan. cap. 7. pag. 224. cap. 8. pag. 124. cap. 15. pag. 162. cap. 18. pag. 327. cap. 20. pag. 318. 359.

Act. cap. 3. pag. 286. cap. 7. pag. 192. cap. 8. pag. 67. cap. 9. pag. 320. cap. 11. pag. 109. 110. cap. 12. pag. 56. cap. 13. pag. 56. 64. 222. 223. 327. cap. 19. pag 57. cap. 20. pag. 358. cap. 21. pag. 57. cap. 26. pag. 61. 3[illegible]

Rom. cap. 1. & 15. pag. 320.

I. Cor. cap. 14. pag. 223. cap. 16. pag. 110. 111. 359.

II. Cor. cap. 13. pag. 320.

Eph. cap. 4. pag. 193.

Philip. cap. 4. pag. 320.

II Tim. cap. 4. pag. 193.

Hebr. cap. 10. pag. 109.

I Petr. cap. 3. pag. 16. 358.

IN-

INDEX

Auctorum, qui in hoc Opere citantur.

A.

Ado, Archiepiſc. Viennenſis, pag. 1[illegible]
Agellius, p. 282. 29[illegible]
Albinus Flaccus, p. 53. 5[illegible]
Alcuinus, p. 109. 190. 395
Aldhelmus, p. 2[illegible]
Amalarius Fortunatus, p. 31. 258. 259. 337. 339
Ambroſiaſter, ſeu Hilarius Eccl. Rom. Diaconus, p. 223
Ambroſius, p. 3. 40. 50. 70 99. 113. 153. 162. 179. 193. 212. 238. 260. 262. 285. 319. 321. 330. 359. 394
Ambroſius Catharinus, p. 223
Ammianus Marcellinus, p. 328
Anaſtaſius Bibliothecarius, p. 99. 100. 188. 356
Antiochus Monachus, p. 174
Apuleius, p. 59. 63
Athanaſius, p. 42. 153. 155. 163. 166. 212. 229. 276. 321. 395. -- ejuſdem 2. Apologia, p. 234. 240
Athenagoras, p. 319. 320
Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, p. 50. 65. 110. 154. 178. 191. 255. 257. 259. 275. 276. 360. 382. 389. 396. 394
Auctor Romani Ordinis, p. 258. 259
Auguſtinus (Antonius,) p. 103
Auguſtinus, pag. 5. 6. 9. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 26. 40. 50. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 77. 78. 80. 81. 95. 96. 109. 113. 119. 120. 121. 126. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 150. 153.

155. 157. 158. 159. 163. 166. 167. 168. 182. 193. 209. 212. 226. 227. 229. 237. 238. 246. 250. 252. 258. 269. 270. 271. 272. 273. 277. 278. 279. 280. 283. 284. 285. 287. 288. 289. 290. 291. 297. 298. 299. 300. 303. 304. 319. 321. 331. 332. 333. 336. 339. 340. 342. 343. 353. 361. 362. 365. 366. 368. 369. 371. 372. 374. 375. 376. 377. 379. 386. 387. 388. 392. 393. 394. 395. 396. 399. 400

B.

Balſamon (Theodorus) pag. 54. 177. 179. 199. 201. 277. 278. 363
Baronius, p. 26. 27. 35. 47.
Baſilius Seleucienſis, p. 19. 93. 94. 151. 153. 212. 231. 232. 240. 321
Beda, p. 41. 99. 359
Benedictus II, p. 326
Blaſtares (Matthæus) p. 54. 356
Budæus, p. 61
Burchardus, p. 24. 197. 206. 251. 309. 397

C.

Cælestinus Papa, p. 196. 197
Cæremoniale Romanum, p. 55
Cæſarius Arelatenſis, p. 53. 153. 163. 179. 285. 286. 310. 311. 398
Caſſianus, p. 36. 103. 106
Caſſiodorus, p. 11. 12. 109. 159. 172. 227. 312. 314. 344. 354. 356
Chryſologus (Petrus) p. 6. 11. 20. 74. 153. 157. 158. 179. 182. 185. 186. 212. 321. 342. 347. 348. 364. 368
Chryſoſtomus (Joannes) p. 19. 39. 42. 50. 51. 52. 58. 68. 69. 70. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 93. 112. 113. 114. 115. 122. 148. 152. 153. 155. 162. 184. 187. 212. 214. 225. 226. 229. 233. 235. 236. 237. 264. 267.

267. 269. 277. 281. 286. 293. 294. 295. 296. 297. 303. 307. 321. 330. 342. 359. 361. 362. 364. 365. 372. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 383. 384. 400. 401. 402. 403

Ciaconius (Alphonſus) p. 34
Cicero, p. 203. 213. 224
Claudianus, p. 328
Clemens Alexendrinus, p. 319
Clementinæ, p. 325. 326
Concilium Ancyranum, p. 197
—— Arelatenſe I, p. 162. VI, p. 191
—— Aurelianenſe, p. 102
—— Braccarenſe II, p. 102
—— Gabilonenſe II, p. 162
—— Carthaginenſe IV, p. 162. 180. 197. 198. 251. 309.
—— Gloſſa in illud Concilium, p. 198
—— Chalcedonenſe II, p. 200. VIII, p. 200
—— Conſtantinopolitanum VIII, p. 195. 196
—— Laodicænum, p. 356. 395
—— Lateranenſe, p. 162. 191. 356
—— Lemovicenſe, p. 192
—— Mediolanenſe I, p. 286
—— Moguntinum I, p. 162
—— Nicænum II, p. 162
—— Remenſe, p. 162. 206
—— Toletanum IV, pag. 149. II., p. 162
—— Tridentinum, p. 162
—— Trullanum, p. 162. 198. 356. 362
—— Turonenſe III, p. 162. II, p. 256. 262
—— Valentinum, p. 252. 253
—— Vaſenſe II, p. 47. 171. 191. 194. 205
Corippus Africanus, p. 44. 61
Cyprianus, p. 114. 116. 194. 309. 310. 319. 348. 349. 353
Cyrillus Alexandrinus, p. 103. 104. 106. 152. 153. 379. 233. 239. 240. 291. 305. 395
Cyrillus Hieroſolymitanus, p. 43. 45. 153. 157. 158. 214. 232. 257. 258. 259. 260. 276. 312. 321

De-

D.

Decreta Synodi Mediolanenſis, p. 107
Diaconus (Joannes) p. 171. 193. 205
Diaconus (Paulus) p. 354
Dio Caſſius, p. 147
Dorotheus, p. 19

E.

Elias Cretenſis, p. 164
Elias Levita, p. 55
Eligius Epiſcopus Noviomenſis, p. 21. 94
Ennodius, Epiſc. Ticinenſis, p. 206. 207. 208. 368
Epiphanius, p. 42. 99. 102. 218. 234.
Epiſtolæ Ignatii & Polycarpi, p. 320
Evagrius, p. 174
Evodius, Epiſc. Uzalenſis, p. 133. 140. 141. 143. 144
Euſebius, p. 9. 99. 100. 105. 213. 214. 261. 274. 279. 280. 300. 306. 307. 308. 311. 317. 319.
Extravagantes p. 325.

F.

Fabius Planciades, p. 60
Ferrerius (Vincentius) p. 46
Feſtus, p. 339
Fronto Ducæus, p. 367
Fulgentius, p. 163. 209

G.

Gaudentius, Epiſc. Brixienſis, p. 3. 4. 14. 174. 181. 212. 315. 317. 321. 359. 365. 366. 370. 371. 381. 382. 385. 386
Genebrardus, p. 34
Gennadius, p. 206
Gentianus Hervetus, p. 338

Georgius, Patriarcha Alexandrinus, p. 305. 306. 312. 313. 344. 345. 346. 350. 351
Germanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 262. 357. 395
Gratianus, p. 180. 251. 257
Gregorius Magnus, p. 12. 20. 21. 23. 24. 70. 152. 153. 163. 170. 175. 204. 205. 209. 210. 211. 219. 316. 317. 321. 325. 397. 398
Gregorius Nazianzenus, p. 173. 181. 212. 232. 243. 244. 255. 260. 261. 62. 263. 268. 286. 301. 312. 317. 321. 329. 340. 341. 342. 367. 395. Gregorius Nyſſenus, p. 179. 212. 228. 229. 241. 242. 252. 256. 266. 267. 323. 330. 341. 342. 347. 367. 385
Gregorius Turonenſis, p. 51. 355. 366

H

Hermes, p. 99
Herodianus. p. 57
Heſychius Hieroſolymitanus, p. 301. 302
Hieronymus, p. 4. 8. 9. 17. 29. 34. 37. 59. 100. 105. 109. 111. 112. 113. 162. 190. 200. 300. 301. 305. 306. 319. 323. 359
Hilarius, p. 321
Honoratus, Epiſc. Novarienſis, p. 182. 183
Hugo Cardinalis, p. 16. 358. 395.
Hugo de Sancto Victore, p. 109

I.

Ignatius Antiochenus, p. 27. 28. 30. 193
Innocentius III, p. 109. 336. 337. 395
Interpres Latinus Bibliorum, p. 359
Interpres Syrus Bibliorum, p. 61
Joannes Andreas, p. 326
Joſephus, p. 37. 255
Iſidorus Hiſpalenſis, p. 51
Iſidorus Peluſiota, p. 99. 206. 207. 237. 292. 301. 302. 339

INDEX.

D.

Decreta Synodi Mediolan. p. 251. 309. 311
154. 256. 351
362. 363. 365
Diaconus (Joannes)
Diaconus (Paulus)
Dio Caſſius,
Dorotheus, p. 59
100. 102. 113. 116. 117
129. 152. 200. 212. 351
368. 369

E.

Elias Cretenſ epiſtolarum genere apud Cardin
Elias Levit p. 6
Eligius Epiſcop p. 334
Ennodius, F p. 183
Epiphanius. p. 57. 61. 351
Epiſtolæ I p. 311
Evagrius ngelicus,
Evodius
Euſeb M.

E. Amertus (Claudianus) p. 10. 13. 238
Martinus Polonus, p. 56
Hermas, Epiſc. Tauromenitanus, p. 360. 365
Hexaplariſtes (Simeo) p. 245. 263. 312. 313
336. 345. 346

Methodius, Epiſc. Patarenſis, p. 44. 187
Micrologus, p. 129. 138
Minutius Felix, p. 319. 320

N.

Nicephorus Calliſtus, p. 100. 172. 174. 185. 186
189. 190. 193. 202. 215. 216. 227. 268. 307. 311
312. 313. 314. 317. 335. 336. 344. 345. 346. 351
352. 356. 363. 364
Nicolaus I, Papa, p. 12. 165

O Ecu
Opt
Ordo Ro
Origenes

P Acl
Pa
Pameli
Paneg
Panvi
Pauli
Paul
Perſi
Petr
Petr
Phil
Piu
Plin
Plu
Pol
Po
P
P

Oecu-

r *multum geres ſobrietatis curam*, &c. In
ıſdem autem Operis Homil. 10. illuſtri lau-
celebrans eos, qui poſt cibum ad audiendum
rmonem convenerant, ritum hunc noſtrum
:ganter expreſſit. *Gaudeo* (inquit) *& gra-*
or omnibus vobis, quod admonitionem noſ-
m, quam pro non jejunantibus, & propterea
ſentibus nuper feci, re præſtitiſtis. Arbitror enim
ltos jam pranſos hodie adeſſe, & pulcram hanc
is implere Concionem; & hoc conjicio, eo quod
gis amplum nobis theatrum factum ſit, & ma-
audientium conventus. Non fruſtra; ut vide-
, multos de ipſis Sermones ſuper impendimus,
ſtram exhortantes Caritatem ipſos ad matrem
here, & perſuadere, quod licet etiam poſt
poris nutrimentum ſpiritualis eſcæ participatio-
non fraudari, &c. Si quis tamdem Chryſoſto-
Homiliam perlegat, perſpicuam adeo hujus
ıſuetudinis veritatem perſpiciet, nullus ut du-
ationi locus relinqui videatur: ſunt enim hæc
ı illius: *Quando quæſo vos, Dilecti, melius*
ſtis? an præterita Synaxi, quando poſt men-
ad ſomnum convertebamini? an nunc, cum
menſam ad divinas leges audiendas conve-
is? Quando in foro commorabamini, & con-
uum nihil boni habentium particeps eratis? an
c, quando cum fratribus veſtris ſtetiſtis, &
pheticos audiſtis Sermones?
Atque in hoc quidem Chryſoſtomi teſtimonio
:ribendi labore acquieſcendum. Omnia enim,

Ivo Carnutenſis, p. 24. 53. 197. 250. 251. 309. 397
Juſtinus Martyr, p. 65. 68. 110. 116. 154. 276. 318. 327. 360. 389. 390

L.

Lactantius, p. 319
Leo Magnus, p. 78. 79. 80. 100. 101. 112. 116. 117. 118. 124. 125. 126. 128. 129. 152. 200. 212. 321. 368. 396
Libellus de antiquo Epiſtolarum genere apud Chriſtianos, p. 47
Liranus, p. 324
Liturgia Marci, p. 187
Lucanus, p. 57. 61. 328
Lucas Evangeliſta, p. 318

M.

Mamertus (Claudianus) p. 10. 13. 239.
Martinus Polonus, p. 36
Maximus, Epiſc. Taurinenſis, p. 360. 395
Metaphraſtes (Simeo) p. 245. 263. 312. 313. 336. 345. 346
Methodius, Epiſc. Patarenſis, p. 44. 187
Micrologus, p. 109. 259
Minutius Felix, p. 319. 320

N.

Nicephorus Calliſtus, p. 100. 172. 174. 185. 186. 189. 190. 193. 202. 215. 216. 227. 268. 307. 311. 312. 313. 314. 317. 335. 336. 344. 345. 346. 351. 352. 356. 363. 364
Nicolaus I, Papa, p. 12. 165

O.

Ecumenius, p. 113. 139
Optatus Milevitanus p. 3. 227. 228. 268. 319
Romanus, p. 126. 127. 356
nes, p. 70. 153. 154. 157. 228. 229. 232. 253. 260. 276. 284 321

P.

chomius, p. 15. 36
Palladius, p. 36. 169. 345. 346
lius, p. 334
yricus Leonis Imperatoris, p. 36
mius, p. 34
nus, p. 6. 7. 226. 332
s Apostolus, p. 318
s, p. 57
nius Arbiter, p. 59
s Apostolus, p. 320
Judæus, p. 64. 68. 275. 284
V. Pontifex, p. 286
s, p. 26. 38. 124. 210. 282. 283. 328
rebus, p. 39. 283. 328
lorus Virgilius, p. 34
lius, p. 5. 16. 169. 189. 190. 214. 219. 220. 250. 251. 277. 278. 315. 316.
pius, p. 258. 263
ertius, p. 59
er, seu potius Julianus Pomerius, p. 166
entius, p. 331. 339. 342. 356

Q.

Uintilianus, p. 92. 93. 146. 213

INDEX

Luc. cap. 2. pag. 224. 358. cap. 4. pag. 63. 6
224. *cap. 5. pag. 224. cap. 14. pag. 324. ca*
18. *pag. 359. cap. 22. pag. 318. cap. 24. pa*
62. 359.
Joan. cap. 7. pag. 214. cap. 8. pag. 214. cap. 1
pag. 162. cap. 18. pag. 327. cap. 20. pag. 31
359.
Act. cap. 3. pag. 286. cap. 7. pag. 192. cap.
pag. 67. cap. 9. pag. 320. cap. 11. pag. 6
110. *cap. 12. pag. 56. cap. 13. pag. 56. 64.*
222. 223. 327. *cap. 19. pag 57. cap. 20.*
358. *cap. 21. pag. 57. cap. 26. pag. 61.*
Rom. cap. 1. & 15. pag. 320.
I. Cor. cap. 14. pag. 223. cap. 16. pag. 110. 11
359.
II. Cor. cap. 13. pag. 320.
Eph. cap. 4. pag. 193.
Philip. cap. 4. pag. 320.
II Tim. cap. 4. pag. 193.
Hebr. cap. 10. pag. 109.
I Petr. cap. 3. pag. 16. 358.

IN-

V.

Victor Uticenſis, p. 5. 7
Vincentius Lirinenſis, p. 11. 13. 20
Dionyſii Areopagitæ a Simeone Metaphraſte ſcri-
, p. 42
Joannis Chryſoſtomi a Georgio Alexandrino ſcri-
, p. 42
S. Pelagiæ, p. 396. 397
S. Porphyrii, Epiſcopi Gazenſis, p. 45
ſcus, p. 328
afridus Strabo, p. 32. 109. 334. 337

K.

Iphilinus, p. 57. 61. 328

Z.

Eno, p. 153
Zeno Veronenſis, p. 321
nas, p. 176. 177. 199. 201. 277. 278. 356. 262.
363. 395

155. 157. 158. 159. 163. 166. 167. 168. 182. 193. 203
212. 226. 227. 229. 237. 238. 246. 250. 252. 258. 269
270. 271. 272. 273. 277. 278. 279. 280. 283. 284. 285
287. 288. 289. 290. 291. 297. 298. 299. 300. 303. 304
319. 321. 331. 332. 333. 336. 339. 340. 342. 343. 359
361. 362. 365. 366. 368. 369. 371. 372. 374. 375. 376
377. 379. 386. 387. 388. 392. 393. 394. 395. 396. 399
401

B.

Balſamon (Theodorus) pag. 54. 177. 179. 199. 201. 277. 278. 363
Baronius, p. 26. 27. 35. 47
Baſilius Seleucienſis, p. 19. 93. 94. 151. 153. 211. 231. 232. 240. 321
Beda, p. 41. 99. 359
Benedictus II, p. 326
Blaſtares (Matthæus) p. 54. 356
Budæus, p. 61
Burchardus, p. 24. 197. 206. 251. 309. 397

C.

Cælestinus Papa, p. 196. 197
Cæremoniale Romanum, p. 55
Cæſarius Arelatenſis, p. 53. 153. 163. 179. 285. 286. 310. 311. 398
Caſſianus, p. 36. 103. 106
Caſſiodorus, p. 11. 12. 109. 159. 172. 227. 312. 314. 344. 354. 356
Chryſologus (Petrus) p. 6. 11. 20. 74. 153. 157. 158. 179. 188. 185. 186. 212. 321. 342. 347. 348. 364. 368
Chryſoſtomus (Joannes) p. 19. 39. 42. 50. 51. 52. 58. 68. 69. 70. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 93. 112. 113. 114. 115. 122. 148. 152. 153. 155. 162. 184. 187. 218. 224. 225. 226. 229. 233. 235. 236. 237. 264. 267.

bus nominibus appellati a Concionatore, p. 318. 321
Auguſtinus acclamationes & plauſus tulit non invitus, p. 297. ejuſdem duo loci notati de Exedræ nomine, p. 338. & ſeq.

B.

Βῆμα quinam locus, p. 338
Benedictio ante Concionem olim petebatur & dabatur, p. 41. 42

C.

Cæſarii Arelatenſis præclarum factum, quo recedentes Auditores ad Concionem revocaret, p. 308. 309
Campanarum pulſandarum uſus ad Fideles congregandos quando introductus, p. 33. unde ipſæ nomen traxerunt, p. 33. 34. hujuſmodi uſus auctor an Sabinianus, Pontifex Romanus, p. 34. 36. vel potius Paulinus, Epiſcopus Nolanus, p. 35. campanarum origo refertur a nonnullis ad eas tubas, quas Deus Num. 10. fieri juſſerat, p. 37
Canones vetantes, ne Epiſcopi in aliena civitate Conciones haberent, quomodo intelligendi, p. 175
Chorus, ſeu Tribuna, quinam locus, p. 339
Chriſtiani quo ſigno ad Concionem olim convocarentur. p. 26. cur latebroſa & lucifuga natio dicti, p. 26. ab Epiſcopo vel Diacono privatim admoniti de loco & tempore publici Conventus, p. 30. an, urgente Cæſarum perſecutione, lignorum pulſatione congregati ſint, necne, p. 31. & ſeq. eorum triplex ratio

155. 157. 158. 159. 163. 166. 167. 168. 182. 193. 209. 212. 226. 227. 229. 237. 238. 246. 250. 252. 258. 269. 270. 271. 272. 273. 277. 278. 279. 280. 283. 284. 285. 287. 288. 289. 290. 291. 297. 298. 299. 300. 303. 304. 319. 321. 331. 332. 333. 336. 339. 340. 342. 343. 359. 361. 362. 365. 366. 368. 369. 371. 372. 374. 375. 376. 377. 379. 386. 387. 388. 392. 393. 394. 395. 396. 399. 400

B.

Balsamon (Theodorus) pag. 54. 177. 179. 199. 201. 277. 278. 363
Baronius, p. 26. 27. 35. 47.
Basilius Seleucienſis, p. 19. 93. 94. 151. 153. 211. 231. 232. 240. 321
Beda, p. 41. 99. 359
Benedictus II, p. 326
Blaſtares (Matthæus) p. 54. 356
Budæus, p. 61
Burchardus, p. 24. 197. 206. 251. 309. 397

C.

Cælestinus Papa, p. 196. 197
Cæremoniale Romanum, p. 55
Cæſarius Arelatenſis, p. 53. 153. 163. 179. 285. 286. 310. 311. 398
Caſſianus, p. 36. 103. 106
Caſſiodorus, p. 11. 12. 109. 159. 172. 227. 312. 314. 344. 354. 356
Chryſologus (Petrus) p. 6. 11. 20. 74. 153. 157. 158. 179. 182. 185. 186. 212. 321. 342. 347. 348. 364. 368
Chryſoſtomus (Joannes) p. 19. 39. 42. 50. 51. 52. 58. 68. 69. 70. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 93. 112. 113. 114. 115. 122. 148. 152. 153. 155. 162. 184. 187. 212. 214. 225. 226. 229. 233. 235. 236. 237. 264. 267.

Georgius, Patriarcha Alexandrinus, p. 305. 306. 312. 313. 344. 345. 346. 350. 351
Germanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 262. 357. 395
Gratianus, p. 180. 251. 257
Gregorius Magnus, p. 12. 20. 21. 23. 24. 70. 152. 153. 163. 170. 175. 204. 205. 209. 210. 211. 219. 316. 317. 321. 325. 397. 398
Gregorius Nazianzenus, p. 173. 181. 212. 232. 243. 244. 255. 260. 261. 62. 263. 266. 286. 301. 312. 317. 321. 329. 340. 341. 342. 367. 395. Gregorius Nyſſenus, p. 179. 212. 228. 229. 241. 242. 252. 256. 266. 267. 323. 330. 341. 342. 347. 367. 385
Gregorius Turonenſis, p. 51. 355. 366

H

Hermes, p. 99
Herodianus. p. 57
Heſychius Hieroſolymitanus, p. 301. 302
Hieronymus, p. 4. 8. 9. 17. 29. 34. 37. 59. 100. 105. 109. 111. 112. 113. 162. 190. 200. 300. 301. 305. 306. 319. 323. 359
Hilarius, p. 321
Honoratus, Epiſc. Novarienſis, p. 182. 183
Hugo Cardinalis, p. 16. 358. 395.
Hugo de Sancto Victore, p. 109

I.

Ignatius Antiochenus, p. 27. 28. 30. 193
Innocentius III, p. 109. 336. 337. 395
Interpres Latinus Bibliorum, p. 359
Interpres Syrus Bibliorum, p. 61
Joannes Andreas, p. 326
Joſephus, p. 37. 255
Iſidorus Hiſpalenſis, p. 51
Iſidorus Peluſiota, p. 99. 206. 207. 237. 292. 301. 302. 339

D.

Decreta Synodi Mediolanenſis, p. 107
Diaconus (Joannes) p. 171. 193. 205
Diaconus (Paulus) p. 354
Dio Caſſius, p. 147
Dorotheus, p. 19

E.

Elias Cretenſis, p. 164
Elias Levita, p. 55
Eligius Epiſcopus Noviomenſis, p. 21. 94
Ennodius, Epiſc. Ticinenſis, p. 206. 207. 208. 368
Epiphanius, p. 42. 99. 102. 218. 234.
Epiſtolæ Ignatii & Polycarpi, p. 320
Evagrius, p. 174
Evodius, Epiſc. Uzalenſis, p. 133. 140. 141. 143. 144
Euſebius, p. 9. 99. 100. 105. 213. 214. 261. 274. 279. 280. 300. 306. 307. 308. 311. 317. 319.
Extravagantes p. 325.

F.

Fabius Planciades, p. 60
Ferrerius (Vincentius) p. 46
Feſtus, p. 339
Fronto Ducæus, p. 367
Fulgentius, p. 163. 209

G.

Gaudentius, Epiſc. Brixienſis, p. 3. 4. 14. 174. 181. 212. 315. 317. 321. 359. 365. 366. 370. 371. 381. 382. 385. 386
Genebrardus, p. 34
Gennadius, p. 206
Gentianus Hervetus, p. 338

Geor-

Georgius, Patriarcha Alexandrinus, p. 305. 306. 312. 313. 344. 345. 346. 350. 351
Germanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 262. 357. 395
Gratianus, p. 180. 251. 257
Gregorius Magnus, p. 12. 20. 21. 23. 24. 70. 152. 153. 163. 170. 175. 204. 205. 209. 210. 211. 219. 316. 317. 321. 325. 397. 398
Gregorius Nazianzenus, p. 173. 181. 212. 232. 243. 244. 255. 260. 261. 62. 263. 266. 286. 301. 312. 317. 321. 329. 340. 341. 342. 367. 395. Gregorius Nyſſenus, p. 179. 212. 228. 229. 241. 242. 252. 256. 266. 267. 323. 330. 341. 342. 347. 367. 385
Gregorius Turonenſis, p. 51. 355. 366

H

Hermes, p. 99
Herodianus. p. 57
Heſychius Hieroſolymitanus, p. 301. 302
Hieronymus, p. 4. 8. 9. 17. 29. 34. 37. 59. 100. 105. 109. 111. 112. 113. 162. 190. 200. 300. 301. 305. 306. 319. 323. 359
Hilarius, p. 321
Honoratus, Epiſc. Novarienſis, p. 182. 183
Hugo Cardinalis, p. 16. 358. 395.
Hugo de Sancto Victore, p. 109

I.

Ignatius Antiochenus, p. 27. 28. 30. 193
Innocentius III, p. 109. 336. 337. 395
Interpres Latinus Bibliorum, p. 359
Interpres Syrus Bibliorum, p. 61
Joannes Andreas, p. 326
Joſephus, p. 37. 255
Iſidorus Hiſpalenſis, p. 51
Iſidorus Peluſiota, p. 99. 206. 207. 237. 292. 301. 302. 339

Ivo Carnutenſis, p. 24. 53. 197. 250. 251. 309. 397
Juſtinus Martyr, p. 65. 68. 110. 116. 154. 276. 312. 327. 360. 389. 390

L.

Lactantius, p. 319
Leo Magnus, p. 78. 79. 80. 100. 101. 112. 116. 117. 118. 124. 125. 126. 128. 129. 152. 200. 212. 321. 368. 396
Libellus de antiquo Epiſtolarum genere apud Chriſtianos, p. 47
Liranus, p. 324
Liturgia Marci, p. 187
Lucanus, p. 57. 61. 328
Lucas Evangeliſta, p. 318

M.

Mamertus (Claudianus) p. 10. 13. 239.
Martinus Polonus, p. 36
Maximus, Epiſc. Taurinenſis, p. 360. 395
Metaphraſtes (Simeo) p. 245. 263. 312. 313. 336. 345. 346
Methodius, Epiſc. Patarenſis, p. 44. 187
Micrologus, p. 109. 259
Minutius Felix, p. 319. 320

N.

Nicephorus Calliſtus, p. 100. 172. 174. 185. 186. 189. 190. 193. 202. 215. 216. 227. 268. 307. 311. 312. 313. 314. 317. 335. 336. 344. 345. 346. 351. 352. 356. 363. 364
Nicolaus I, Papa, p. 12. 165

V.

Victor Uticensis, p. 5. 7
Vincentius Lirinensis, p. 11. 13. 20
Vita Dionysii Areopagitæ a Simeone Metaphraste scripta, p. 42
Vita Joannis Chrysostomi a Georgio Alexandrino scripta, p. 42
Vita S. Pelagiæ, p. 396. 397
Vita S. Porphyrii, Episcopi Gazensis, p. 45
Vopiscus, p. 328
Vvalafridus Strabo, p. 32. 109. 334. 337

X.

Xiphilinus, p. 57. 61. 328

Z.

Zeno, p. 153
Zeno Veronensis, p. 321
Zonaras, p. 176. 177. 199. 201. 277. 278. 356. 362. 363. 395

INDEX

Rerum, quæ in hoc Opere continentur.

A.

Acclamationum apud Scriptores Eccleſiaſticos duo genera, pag. 287. *acclamationes fauſtæ factæ olim concionanti ab audiente populo, p.* 291. *& ſeq. quomodo differant a plauſibus, p.* 292. *acclamationum formula quænam olim eſſet, p.* 304. 305

Africanæ Eccleſiæ nequaquam permittebant Preſbytero coram Epiſcopo concionari, p. 189. *Africanorum mos ab Hieronymo improbatus. p.* 189. 190

Alexandriæ ſolus Epiſcopus concionabatur, p. 189

Alexandrini moris origo & cauſſa, p. 189. 190

Ambo quinam locus, p. 334. 356. 357. *lapidem monumenti Chriſti deſignat, p.* 353. 357

Apoſtoli ubique Evangelium prædicabant, p. 324. 325

Auditores an ſtantes vel ſedentes adeſſent in Concionibus, p. 265. *& ſeq. tunc temporis an ſtandum vel ſedendum in audiendo Verbo Dei, p.* 279. *Auditorum ſilentium & attentio in ſacris Concionibus, p.* 281. *& ſeq. cur acclamarent Concionatori, p.* 287. *& ſeq. acclamabant interdum ad ea, quæ non capiebant, p.* 303. *nulli eorum licebat ab Eccleſia recedere, Concionatore verba faciente, p.* 308. *quibus*

bus nominibus appellati a Concionatore, p. 318. 321
Auguſtinus acclamationes & plauſus tulit non invitus, p. 297. ejuſdem duo loci notati de Exedræ nomine; p. 338. & ſeq.

B.

Βῆμα quinam locus, p. 338
Benedictio ante Concionem olim petebatur & dabatur, p. 41. 42

C.

Cæſarii Arelatenſis præclarum factum, quo recedentes Auditores ad Concionem revocaret, p. 308. 309
Campanarum pulſandarum uſus ad Fideles congregandos quando introductus, p. 33. unde ipſæ nomen traxerunt, p. 33. 34. hujuſmodi uſus auctor an Sabinianus, Pontifex Romanus, p. 34. 36. vel potius Paulinus, Epiſcopus Nolanus, p. 35. campanarum origo refertur a nonnullis ad eas tubas, quas Deus Num. 10. fieri juſſerat, p. 37
Canones vetantes, ne Epiſcopi in aliena civitate Conciones haberent, quomodo intelligendi, p. 175
Chorus, ſeu Tribuna, quinam locus, p. 339
Chriſtiani quo ſigno ad Concionem olim convocarentur. p. 26. cur latebroſa & lucifuga natio dicti, p. 26. ab Epiſcopo vel Diacono privatim admoniti de loco & tempore publici Conventus, p. 30. an, urgente Cæſarum perſecutione, lignorum pulſatione congregati ſint, necne, p. 31. & ſeq. eorum triplex ratio

conveniendi ad Ecclesiam, p. 32 cum Hereticis disputaturi signo Crucis se communiebant, p. 45 fratres ac sanctos invicem se vocabant, & cur, p. 318. & seq. eorum cœtus Fraternitas dicta, & cur, ibid.

Christus turbas ubique docebat, p. 324. ejusmodi morem Apostolis præcepit. ibid.

Chrysostomus odio prosequutus Conciones ad ostentationem factas, p. 297. acclamationes & plausus contempsit. ibid.

Clerici a laicis separati in Concionibus olim aderant, p. 254. 255

Clerus a populo cancellis dirimebatur, pag. 254. 261

Collectæ nomen multiplex, p. 108. 109. eorum nominum ratio, p. 109. ad quem finem imperatæ, p. 109. & seq. iis habendis Dominica maxime dies destinata, & cur, p. 112. 114. aliis etiam diebus indictæ, p. 113. 114. hujusmodi Collectarum dies denunciati ac indicti Auditoribus inter concionandum, p. 116

Concionatores, Doctores seu Docentes dicti, & cur, p. 19. & seq. quodnam eorum officium, ibid. se olim Cruce signabant ipso Concionis initio, & cur, p. 43. 44. ab iis facta lectio quædam peculiaris commodata ei argumento, quod ipsi tractandum suscepissent, p. 73. 74. ad arenarium horologium plerumque dixerunt, p. 156. 160. stantes ne, an sedentes dixerint, p. 221. Concionatores hujus temporis imprudentia notati, & cur, p. 130. 247. quomodo ab acclamante populo appellati, p. 304. & seq.

267. 269. 277. 281. 286. 293. 294. 295. 296. 297. 303. 307. 321. 330. 342. 359. 361. 362. 364. 365. 372. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 383. 384. 400. 401. 402. 403
Giaconius (Alphonſus) p. 34
Cicero, p. 203. 213. 224
Claudianus, p. 328
Clemens Alexendrinus, p. 319
Clementinæ, p. 325. 326
Concilium Ancyranum, p. 197
—— Arelatenſe I, p. 162. VI, p. 191
—— Aurelianenſe, p. 102
—— Braccarenſe II, p. 102
—— Gabilonenſe II, p. 162
—— Carthaginenſe IV, p. 162. 180. 197. 198. 251. 309. —— Gloſſa in illud Concilium, p. 198
—— Chalcedonenſe II, p. 200. VIII, p. 200
—— Conſtantinopolitanum VIII, p. 195. 196
—— Laodicænum, p. 356. 395
—— Lateranenſe, p. 162. 191. 356
—— Lemovicenſe, p. 192
—— Mediolanenſe I, p. 286
—— Moguntinum I, p. 162
—— Nicænum II, p. 162
—— Remenſe, p. 162. 206
—— Toletanum IV, pag. 149. II., p. 162
—— Tridentinum, p. 162
—— Trullanum, p. 162. 198. 356. 362
—— Turonenſe III, p. 162. II, p. 256. 262
—— Valentinum, p. 252. 253
—— Vaſenſe II, p. 47. 171. 191. 194. 205
Corippus Africanus, p. 44. 61
Cyprianus, p. 114. 116. 194. 309. 310. 319. 348. 349. 353
Cyrillus Alexandrinus, p. 103. 104. 106. 152. 153. 379. 233. 239. 240. 291. 305. 395
Cyrillus Hieroſolymitanus, p. 43. 45. 153. 157. 158. 214. 232. 257. 258. 259. 260. 276. 312. 321

De-

D.

Decreta Synodi Mediolanenſis, p. 107
Diaconus (Joannes) p. 171. 193. 205
Diaconus (Paulus) p. 354
Dio Caſſius, p. 147
Dorotheus, p. 19

E.

Elias Cretenſis, p. 164
Elias Levita, p. 55
Eligius Epiſcopus Noviomenſis, p. 21. 94
Ennodius, Epiſc. Ticinenſis, p. 206. 207. 208. 368
Epiphanius, p. 42. 99. 102. 218. 234.
Epiſtolæ Ignatii & Polycarpi, p. 320
Evagrius, p. 174
Evodius, Epiſc. Uzalenſis, p. 133. 140. 141. 143. 144
Euſebius, p. 9. 99. 100. 105. 213. 214. 261. 274. 279. 280. 300. 306. 307. 308. 311. 317. 319
Extravagantes p. 325.

F.

Fabius Planciades, p. 60
Ferrerius (Vincentius) p. 46
Feſtus, p. 339
Fronto Ducæus, p. 367
Fulgentius, p. 163. 209

G.

Gaudentius, Epiſc. Brixienſis, p. 3. 4. 14. 174. 181. 212. 315. 317. 321. 359. 365. 366. 370. 371. 381. 382. 385. 386
Genebrardus, p. 34
Gennadius, p. 206
Gentianus Hervetus, p. 338

Geor-

rgius, Patriarcha Alexandrinus, p. 305. 306. 312. 313. 344. 345. 346. 350. 351
nanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, p. 262. 357. 395
tianus, p. 180. 251. 257
gorius Magnus, p. 12. 20. 21. 23. 24. 70. 152. 153. 170. 175. 204. 205. 209. 210. 211. 219. 316. 317. 321. 325. 397. 398
gorius Nazianzenus, p. 173. 181. 212. 232. 243. 244. 260. 261. 62. 263. 268. 286. 301. 312. 317. 321. 340. 341. 342. 367. 395. Gregorius Nyſſenus, p. 179. 228. 229. 241. 242. 252. 256. 266. 267. 323. 330. 341. 342. 347. 367. 385
gorius Turonenſis, p. 51. 355. 366

H

Ermes, p. 99
Herodianus. p. 57
ychius Hieroſolymitanus, p. 301. 302
ronymus, p. 4. 8. 9. 17. 29. 34. 37. 59. 100. 105. 111. 112. 113. 162. 190. 200. 300. 301. 305. 306. 319. 323. 359
arius, p. 321
oratus, Epiſc. Novarienſis, p. 182. 183
o Cardinalis, p. 16. 358. 395.
o de Sancto Victore, p. 109

I.

natius Antiochenus, p. 27. 28. 30. 193
nocentius III, p. 109. 336. 337. 395
rpres Latinus Bibliorum, p. 359
rpres Syrus Bibliorum, p. 61
nes Andreas, p. 326
hus, p. 37. 255
rus Hiſpalenſis, p. 51
rus Peluſiota, p. 99. 206. 207. 237. 292. 301. 302. 339

Ivo Carnutenſis, p. 24. 53. 197. 250. 251. 309. 397
Juſtinus Martyr, p. 65. 68. 110. 116. 154. 276. 314. 327. 360. 389. 390

L.

Lactantius, p. 319
Leo Magnus, p. 78. 79. 80. 100. 102. 112. 116. 117. 118. 124. 125. 126. 128. 129. 152. 200. 212. 324. 368. 396
Libellus de antiquo Epiſtolarum genere apud Chriſtianos, p. 41
Liranus, p. 324
Liturgia Marci, p. 187
Lucanus, p. 57. 61. 318
Lucas Evangeliſta, p. 318

M.

Mamertus (Claudianus) p. 10. 13. 239.
Martinus Polonus, p. 36
Maximus, Epiſc. Taurinenſis, p. 360. 395
Metaphraſtes (Simeo) p. 245. 263. 312. 313. 336. 345. 346
Methodius, Epiſc. Patarenſis, p. 44. 187
Micrologus, p. 109. 259
Minutius Felix, p. 319. 320

N.

Nicephorus Calliſtus, p. 100. 172. 174. 185. 186. 189. 190. 193. 202. 215. 216. 227. 268. 307. 311. 312. 313. 314. 317. 335. 336. 344. 345. 346. 351. 352. 356. 363. 364
Nicolaus I, Papa, p. 12. 165

O.

Ecumenius, p. 113. 239
Optatus Milevitanus p. 3. 227. 228. 268. 319
Romanus, p. 126. 127. 356
ies, p. 70. 153. 154. 157. 228. 229. 232. 255. 260. 276. 284 321

P.

chomius, p. 15. 36
alladius, p. 36. 169. 345. 346
ius, p. 334
yricus Leonis Imperatoris, p. 36
nius, p. 34
us, p. 6. 7. 226. 332
Apoſtolus, p. 318
, p. 57
ius Arbiter, p. 59
Apoſtolus, p. 320
Judæus, p. 64. 68. 275. 284
. Pontifex, p. 286
s, p. 26. 38. 124. 210. 282. 283. 328
chus, p. 39. 283. 328
rus Virgilius, p. 34
ius, p. 5. 16. 169. 189. 190. 214. 219. 220. 250. 251. 277. 278. 315. 316.
pius, p. 258. 263
rtius, p. 59
r, ſeu potius Julianus Pomerius, p. 166
ntius, p. 331. 339. 342. 356

Q.

Uintilianus, p. 92. 93. 146. 213

p. 130. 133. 137. *ejuſmodi Libellorum formula*
p. 134 *a Lectore quando recitati*, *p.* 130. 13
poſt recitatos quid actum, *p.* 130. 14
Loqui per dictatum idem eſt ac de ſcripto dicere,
p. 208. 21

M

MArtyrum paſſiones, *certamina*, *ac triumphi*, *quando olim lecta*, *p.* 76. *& ſeq. hinc invectum in Eccleſiam mos recitandæ in Choro quotidie e Martyrologio Lectionis*, *p.* 79
Mediolanenſis Eccleſia denunciandi Paſchatis morem hodie retinet, *p.* 107. *retinuit morem invitandi peregrinos Epiſcopos ad concionandum*, *p.* 178. 180. *in ea Eccleſia renovata conſuetudo lignei ſepti*, *p.* 254. 264. *ipſius Parœci ex ipſis Altaris gradibus plebis ſibi commiſſæ mores corrigunt ac formant*, *p.* 347. 349
Miracula quo tempore & a quo relata & recitata, *p.* 130. *& ſeq.*
Monachi tubæ ſono olim ad Collectam cogebantur, *p.* 36. *malleo excitatorio ad Oratoria convocabantur*, *ibid. ligni cujuſdam pulſu ad matutina Cantica excitabantur*, *ibid. plauſu ſenioris Patris ad Orationem conſurgebant*, *ibid. voce denique Alleluia ad Synaxim evocabantur*, *p.* 37. *quid legere ſolebant in ſuis Conventibus ſeu Collationibus*, *p.* 42. *ipſis interdictum munus concionandi*, *& cur*, *p.* 200
Mulieribus interdictum Conciones publicas habere,

here, p. 197
Mysteria sacrorum coram non initiatis aut silentio prætermissa, aut certe maxima circumspectione cum iis communicata, & cur hoc factum, p. 230. & seq.

N.

Ναός *quinam locus*, p. 339
Natalis Christi Magorum adventus, & Christi baptismi solemnitas uno eodemque die a Græcis antiquitus celebrata, p. 103
Navis seu Basilicæ gremium quinam locus, p. 339.

O.

Orarium quid significet, & unde ortum, p. 54
Oratores Ethnici ad clepsydram dixerunt, p. 156. 159. *scripserunt interdum Orationes, quas alii dicerent*, p. 203. *nonnisi stantes dixerunt*, p. 224. *ab Auditoribus suis silentium exigebant*, p. 281. 282

P.

Paschatis dies olim valde controversus, p. 99. *die Dominica esse celebrandum decrevit Pius I, ibid. Victor hoc idem confirmavit, ibid. ut & a Synodo Nicæna I*, p. 100. *quo potissimum die singulis annis celebrandum esset, Ibid. & p.* 101. 102. *Paschatis cujuslibet anni dies olim fuit denunciatus Auditoribus inter concionandum*, p. 103. 104

Paſſio Chriſti quando & ex quo Evangelio recitata, p. 79. & ſeq.

Patres olim non raro ex tempore concionati, p. 212. *interdum ſtantes, interdum ſedentes locuti ſunt,* p. 221. & ſeq. *ipſorum prudentia in concionando,* p. 230

Pauli Samoſateni ſuperbia in captandis plauſibus, p. 304. 306

Pauperes cur ab Eccleſiis excluſi, p. 281. 286

Plauſus olim dati concionanti, 292. & ſeq. *quomodo diſcrepent ab acclamationibus,* pag. 292. *plauſum modi qui,* p. 304. 306. *a quibus dati plauſus,* p. 308

Precationis formula ab Ambroſio mox concionaturo pronunciata, p. 40

Preces ad Deum ante Concionem ſemper fundebant Pagani, & cur, p. 38. & ſeq. *quod & Chriſtiani imitari debent, & cur, ibid. cur inter ipſam Concionem factæ,* p. 92. & ſeq. *hoc ipſum a Paganis factitatum, ibid. preces Auditorum a Concionatore etiam poſtulatæ,* p. 95. 96. *poſt Concionem etiam factæ,* p. 154

Presbyteri jam inde a primis Eccleſiæ temporibus concionabantur, p. 189. 191

Profeſti dies Concionibus habendis deſtinati fuerunt, & quinam, p. 371. & ſeq.

Proœmiis uſi ſunt olim Concionatores, p. 84. *eorum cauſa & neceſſitas,* p. 84. 85. *quibuſnam Auditoribus eſſent neceſſaria,* p. 85

Pulpitum quinam locus, p. 334. 353. 354

Qua-

INDEX.

Q.

Quadrageſimæ initium inter concionandum denunciatum Auditoribus, p. 105
Quæſtiones abſtruſæ cur coram imperita multitudine aut conſulto omiſſæ, aut accommodate ad vulgi captum enunciatæ, p. 230. 241

R.

Receptorium quinam locus, p. 353. 355
Regius conſtitutus, p. 122
Religioſis prima dumtaxat cenſura inſignitis conceſſum aliquando concionari, p. 201. 203
Reſurrectio Chriſti ſingulis annis publice legebatur ex omnibus quatuor Evangeliſtis, p. 81

S.

Sabbatum pro tota hebdomada apud Judæos, p. 113. 358. 359
Salutatio Angelica a quo, quando, & cur recitari cœpta, p. 45. *& ſeq. quibus Concionibus primum præmiſſa*, p. 48. *ipſius appendix quando addita*, *ibid.*
Salutatorium quinam locus, p. 353. *& ſeq.*
Secretarium quinam locus, p. 353. *& ſeq.*
Sermo Latinis idem quod Græcis Homilia, p. 22.
Sermones duobus modis recitati, p. 208. 211
Signa externa, ſtellaſque perſonas, &c. num licitum

ſit

ſit producere in Auditorum conſpectum, p. 145. & *ſeq. hujuſmodi ſignis interdum commoti Auditores*, *ibid.*

Silentium ante lectionem Concioni præviam imperatum olim a Diaconis, p. 49. & *ſeq. a Levitis hoc quoque factum*, p. 50. *illud etiam ab Eccleſia Mediolanenſi adhuc obſervatur*, p. 52. *a Concionatoribus ipſo Concionum initio olim manu hoc idem factitatum*, p. 56. 62. *ab Apoſtolis ac Apoſtolorum æqualibus ſilentium manu imperatum*, p. 56. 57. *Ethnici hoc quoque fecerunt*, p. 57. *Judæorum hic mos etiam fuit*, p. 58. *ſilentium aliquando indictum concrepatione digitorum*, p. 59. *interdum indice & medio in jota erectis, ceteriſque pollice compreſſis*, p. 59. 60. *ſæpius dextera manu cum dignitate quadam porrecta*, p. 60. & *ſeq. ille mos nunc in Eccleſia penitus amiſſus*, p. 62. *ejus veſtigium extat adhuc in familiaribus noſtris collocutionibus*, *ibid.*

T.

Templum & Synagoga ſemper fuit apud Hebræos Concionum locus, p. 326. 327

Textus aliquis brevis e S. Scriptura olim a Concionatoribus intra & extra Miſſarum ſolemnia lectus, & cur, p. 66. 70

Thomas Aquinas perpenditur, p. 221. 225

Tractare, id eſt, concionari, p. 6. 7

Tractatores qui, p. 8. & *ſeq.* ἐξηγηταὶ τῷ λόγῳ *dicti*, p. 9. *cur Canonicis & Authenticis oppoſiti ab Augu-*

Auguſtino & Mametro, p. 13. an Tractatoris vox ſeculo Vincentii Lirinenſis ad ſolos Concionatores pertinuerit, ibid. Sacrum Codicem in manibus habebant priſci Tractatores ſuggeſtum aſcendentes, & cur, p. 71. 72

Tractatus apud Eccleſiaſticos Scriptores quid notet, p. 14

Transmarinæ Eccleſiæ, Transmarini Epiſcopi, &c. p. 265. & ſeq.

Tribunal quinam locus, p. 334. 356

V.

Vigiliarum uſus in Eccleſia antiquiſſimus, p. 123. 124. ejus nominis origo, ibid. Vigiliarum ſtata tempora inter concionandum denunciata, ibid. ejus denunciationis formula, p. 126

Virgines a nuptiis ſejunctæ in Eccleſia habebant locum quemdam editiorem, p. 254. 259. 263

Una Sabbati, & Prima Sabbati, quid, p. 358

Unum pro primo apud Hebræos, p. 113

FINIS.